MONUMENTA HISTORICA

SOCIETATIS JESU

NUNC PRIMUM EDITA

A PATRIBUS EJUSDEM SOCIETATIS

EPISTOLAE

P. HIERONYMI NADAL

SOCIETATIS JESU

TOMUS II—(1562-1565)

MATRITI
TYPIS AUGUSTINI AVRIAL
via S. Bernardi, 92
1899

EPISTOLAE

P. HIERONYMI NADAL

SOCIETATIS JESU

AB ANNO 1546 AD 1577

NUNC PRIMUM EDITAE ET ILLUSTRATAE

A PATRIBUS EJUSDEM SOCIETATIS

TOMUS SECUNDUS

(1562-1565)

MATRITI
TYPIS AUGUSTINI AVRIAL
via S. Bernardi, 92
1899

Cum approbatione superiorum.

PROOEMIUM SECUNDI VOLUMINIS

Alterum hocce volumen *Epistolarum Patris Nadal* exordium ducit ab *Ephemeridibus,* seu commentariis, in quibus ipse auctor epistolarum propria manu praecipua gesta universae Societatis compendiose, et res a seipso peractas a suo in Societatem ingressu usque ad initia secundae ipsius in Germaniam expeditionis fusius prosequutus est (1546-1562). Sequuntur *Epistolae Natalis, vel ad ipsum datae,* ab anno 1562 ad 1565.

1

P. NATALIS EPHEMERIDES

Incipit ergo *Ephemeridum* chronologica narratio ab anno 1546, ubi desinit *Chronicon* vocationis ipsius Natalis, quod in ipso vestibulo primi voluminis protulimus. Clauditur ineunte mense Augusto anni 1562, quo tempore Natalis ex Fonte leodiensi ad perlustranda Germaniae collegia properabat.

Merito igitur aureum hoc monumentum epistolis secundi voluminis praemittendum duximus, quod ex una parte summam nobis exhibet ordinatam earum rerum, quae per totum primum volumen in epistolis fuse enarratae fuerunt, ex altera vero plures lacunas, quae ex epistolarum amissione remanserant, authentica ipsius Natalis narratione complet, easdemque epistolas et caetera scripta vel illustrat vel confirmat.

Nil igitur mirum has *Ephemerides* a clarissimo historiae Societatis scriptore Sacchino magni aestimatas fuisse, multaque illum ex hisce commentariis mutuasse, ubi scripsit de turbinibus

Romae ante primam generalem congregationem exortis, de tertia Natalis ad Hispanias missione sub P. Lainez, de procellis in curia regis Philippi contra Borgiam et Natalem excitatis, deque multis aliis, ut quisque per semetipsum comperire facile poterit, si ea, quae limatius et ordine interdum mutato scribit Sacchinus, cum ipsis *Ephemeridibus* composuerit. Quod ut commodius praestari valeat, loca Historiae Societatis, quae ex horum commentariorum fonte deprompta videntur, in annotationibus nostris opportune indicabimus; unde etiam facilius apparebunt ea, quae Sacchinus futuris scriptoribus metenda reliquit.

Porro ipse Sacchinus de hisce *Ephemeridibus*, praeter ea, quae generaliter de omnibus Natalis commentariis scripsit, et nos allegavimus in tomo I, pag. XII, hanc nobis laudem in sua Historia transmisit: «quibus, inquit, haud facile quidquam scribi candidius potest [1].» Et re quidem vera quicumque haec commentaria perlegat, hanc Natali laudem detrectare minime poterit, quod nempe ante omnia veritatem consectetur, eamque nudam, nulloque verborum fuco linitam, exprimere curaverit, non tantum in rebus prosperis recteque gestis, verum etiam in adversis, etiamque in propriis vel alienis defectibus, ubi veritas historiae id postulat, summa ingenuitate et aequitate enarrandis.

Majus insuper momentum hisce commentariis accedit, ex eo quod ipsorum scriptor, actor ut plurimum fuit, vel testis oculatus rerum, quae enarrantur; qui certe res et personas, de quibus scribit, penitius caeteris cognoscebat, quique, si non semper, at saltem frequenter sua commentaria in ipso loco et tempore, quo res gerebantur, perscribebat. Quapropter necessum erat has lucubrationes subcisivis temporibus raptim et inemendate conficiendas fuisse, ut cuivis illas pervolutanti prima fronte patebit. Nec tamen ideo minoris pretii pro historia illae prudentibus videbuntur; imo vero tanto clarius et candidius veritas rerum in hisce paginis emicat, quanto minus limae opera et scriptionis perpoliendae studium conspicitur. Et haec quidem de *Ephemeridibus* praelibasse sufficiat.

---

[1] *Hist. Soc.*, part. II, lib. I, n. 26.

2

P. NATALIS EPISTOLAE AB ANNO 1562 AD 1565

Tria de hujus voluminis epistolis pro more nostro hic declaranda: 1.um Earum numerus. 2.um Genus et natura. 3.um Argumenta in illis pertractata.

---

1. *Epistolarum numerus.*—Post *Natalis Ephemerides,* epistolas 140 et ultra hoc volumen complectitur, ab exordio scilicet secundae ad initia usque tertiae Natalis missionis in Germaniam; a mense scilicet Junio anni 1562 ad finem anni 1565. Accedunt plurimae epistolae vel fragmenta litterarum aliaque monumenta historica, sive in annotationibus, seu in appendice, ad epistolas Natalis illustrandas, et ad res in illis enarratas clarius intelligendas. Quae quidem omnia, aut fere omnia, ut alias diximus, nunc primum typis excuduntur.

Illud autem hoc loco animadvertendum: ex epistolis, quae in hac serie ad Natalem spectante nobis edendae supersunt, uberiorem segetem ad tertiam ejusdem in Germaniam missionem sub S. Francisco de Borja pertinere; paucae enim ex illis perierunt, prout in tertio volumine videbitur. Epistolae vero, sive autographae, sive archetypae, ad P. Lainez Tridentum et ad alios a Natali in hac secunda Germaniae visitatione conscriptae, si paucae excipiantur, amissae fuerunt, ni fallimur, multo ante praesens saeculum. Tametsi vero ipsae epistolae interierint, cum responsa archetypa Patris Lainez ad Natalem, Tridenti data, accurate conserventur, ex iisdem responsionibus non solum negotia a Natali in suis epistolis exposita, sed etiam tempora et loca, ubi illius litterae datae fuerunt saepius definire, nullo vel certe facili negotio, nobis licuit.

Epistolae a Polanco, ex commissione P. Lainez, ad Natalem datae, quae quidem majorem hujus voluminis partem, exceptis appendicibus, conflant, ex ipsis Regestis, Tridenti sub oculis Pa-

tris Lainez et P. Polanci exaratis, depromptae sunt, et in codice, sub numero 33, c), d), in tomo I descripto, asservantur.

Caeterae tandem epistolae variorum ad P. Nadal, et illae, quae de rebus ab ipso gestis ad appendicem hujus voluminis rejiciuntur, archetypae ut plurimum, frequenter etiam autographae sunt. Videsis, quae de tota hac serie epistolarum in praefatione generali totius operis diximus.

---

2. *Epistolarum genus.*—Quod ad genus seu naturam harum epistolarum attinet, maxima earum pars ad intimam Lainium inter et Natalem communicationem circa Societatis regimen, praecipue in Germania, pertinet. Frequens equidem litterarum commercium inter praepositum generalem Societatis, ejusque in tota Germania commissarium, quocum gravissima negotia conferebat, toto sesquianno, quo ipse in tridentino concilio pontificii theologi munere fungebatur, haud spernenda subsidia historiae scriptoribus suppeditabit. Negotia insuper potissima religionis et Societatis in Gallia, Flandria, Hispania, Lusitania et Italia frequenter cum viris egregiis e nostra Societate vel cum principibus ecclesiasticis et laicis in his epistolis pertractantur. Nuntii saepissime intermiscentur, vel de concilio oecumenico, vel de reipublicae perturbationibus, vel de haereticorum in catholicos insidiis, bellis, vexationibus, scriptis, aliisque bene multis scitu plane dignissimis.

Aliae sunt praeterea litterae, commissariorum, provincialium, rectorum, qui ex Hispania, Lusitania, Gallia et Germania, res gestas sociorum, difficultates in regimine occurrentes, negotia tandem majoris momenti Natali subinde referunt. Tales sunt epistolae Patrum Araoz, Oliverii Manarei, Nicolai Delanoy, Antonii Vinch, Joannis Suarez, aliaeque permultae. Inter has recensendae essent, quae a B. Canisio ad Natalem datae hoc tempore fuerunt. Illas autem, siquae in Germaniae aliisve tabulariis existant, quod certe ignoramus, ab erudito Societatis nostrae viro P. Ottone Braunsberger in tertio et sequentibus collectionis canisianae voluminibus, praeclare, sicut in prioribus praesti-

tit, edendas et illustrandas speramus. Natalis ad illum caeterosque Societatis moderatores epistolas nonnullas etiam suo loco dabimus.

Reliquae tandem epistolae sunt vel cardinalium et episcoporum ad P. Nadal, vel ad Societatis praepositos seu vicarios, de negotiis cum eodem Natali transactis; vel etiam amicorum Societatis, sive rei gerendae, sive officii gratia, conscriptae; vel sociorum ad Natalem, particularia ipsi commendantium, vel collegiorum prospera et adversa referentium.

---

3. *Epistolarum argumenta.*—Jam ad res ipsas, in epistolis hujus voluminis enarratas, festinat calamus, quae quidem ad triplex caput reduci commode valent. 1.um de iis, quae ad generalem ecclesiae historiam illustrandam faciunt. 2.um de iis, quibus Societatis Jesu gesta pleniore luce perfunduntur. 3.um tandem de rebus, quae ad P. Nadal, Germaniae collegia perlustrantem, potissimum referuntur.

1.um. Pro historia ecclesiastica.—Incipit hoc secundum volumen ab eo tempore, quo supremus Ecclesiae pontifex Pius IV generalem synodum Tridenti revocavit, «cui Legati, eruditi, atque optimi viri Joannes Moronus Episcopus Praenestinus, Hercules Gonzaga, Hieronymus Seripandus, Stanislaus Hosius, Ludouicus Simonetta, Bernardus Naugerius, Marcus Sciticus de Altaemps, S. R. E. Card. interfuerunt [1].» Horum pro ecclesia catholica labores, et in Societatem Jesu amor et benevolentia, saepius in hoc volumine commemorantur, praesertim Moroni, Gonzagae, et Hosii, cujus epistolae plures, nondum editae, quod sciamus, appendici insertae, id luculenter commonstrabunt.

Luctuosum vero ecclesiae statum in Germania et Polonia, de quo saepius in primo volumine sermo incidit, clarius hujus secundi monumentis patefiet, ex quibus haec pauca decerpere sufficiat: «Quod ad sacerdotum coniugium attinet, non video quid sperari melius possit: utinam tolli posset ebrietas in Germania: non ita magno negocio vita quoque tolleretur impudica.» (Ho-

[1] CIACONIUS, *Vitae et gesta summorum Pontificum,* II, 1178.

sius, Polanco, 9 Aug. 65, in appendice.)—«Est enim tota Lithwania quibusdam horrendis haeresibus grauiter infecta: paucos iam in ea catholicos reperire licet, ex nobilioribus praesertim. Sed et in regno nihilo melior est status religionis, quam fuit antea. Ruunt in deterius omnia, sathanismus sumit vires, quotidie plures ab haereticis occupantur ecclesiae.» (Idem, eidem, Decembre 1565, in append.)—«Le cose de la religione in Cologna vanno pegiorando... li catholici... stanno con grande sollicitudine... Neli stati di Fiandra del re Philippo vanno similmente le cose de la religione de mal in peggio...» (Ad fin. anni 1563.)—«Calvinismus late grassatur, proh dolor, ex Galliis in Germaniam irrupit... vbique ad discessionem parauit viam sathan.» (Canisius, 3 April. 1563.)—Inter catholicos, licet non deerant viri strenui, qui totis viribus haereticorum conatibus obsistere niterentur, in multis tamen defectus caritatis, amarae in pontificem suspiciones, perturbationes contra ordinem in concilio, nimia erga haereticos benignitas, aliaeque bene multae miseriae passim apparent. Principes reformari recusant, pontificem vero reformari instanter postulant. (1 et 14 Nov. 1562; 26 Febr.; 9 et 24 Mart.; 13 et 20 April., 4 Maj., 8 et 22 Jun.; 21, 25 et 28 Sept., 1563, etc.)

Cardinalis Moroni prudentia et industria res concilii in melius mutantur (20 April. 63). Imperator in quibusdam litteris Romam a se missis ait optimam Germaniae reformandae rationem in collegiis Societatis Jesu multiplicandis repositam sibi videri (9 Mart. 63). Nuntius pontificis Delfinus praeclare pro tuenda sanctae sedis auctoritate decertat, commendatque Patri Nadal ut solidis argumentis summum pontificem universalis ecclesiae pastorem esse, pro germanorum dissidentium confutatione, evincat (26 Febr., 13 April. 63). Libris insuper a variis doctoribus catholicis scriptis, Kemnitii, Artopoei, Monhemii aliorumque a veritate catholica aberrantium asserta debellantur. Quo pacto catechismus archiepiscopi toletani Bartholomaei Carranza, O. S. D., in secreta congregatione approbatus fuerit, declaratur a Polanco (22 Jun. 63).

Nec solum de rebus religionis in Germania, sed etiam in Gallia, Italia, Hispania et Lusitania frequenter mentio fit in his epi-

stolis, ubi de haereticorum insidiis, de principum nimia erga illos tolerantia, de regum, cardinalium, episcoporum, aliorumque pro catholica religione laboribus, collegiorum fundationibus, litteris ad pontificem datis, etc. multa intermiscentur.

Hactenus de rebus ad catholicae ecclesiae historiam pertinentibus.

2.um. *Pro historia Societatis Jesu.*—Tametsi major documentorum hujus voluminis pars ad particularem historiam provinciarum Germaniae pertineant, nihilo secius generales Societatis Jesu fasti frequentibus illustrationibus, novaque luce donantur, dum ipsi fontes, unde Sacchinus aliique nostri scriptores annalia sua deprompserunt, publice divulgantur, ex quibus multa, nec spernenda, ab illis praetermissa, quilibet per semetipsum, qualia a PP. Lainez, Polanco, Nadal, Borja, Canisio, in suis epistolis narrata fuerunt, facile cognoscere queat.

Sic, exempli gratia, epistolae annis 1562 et 1563, ad Natalem a Polanco nomine praepositi generalis datae, hujus vigilantem sollicitudinem pro disciplina religiosa ubique promovenda testantur in responsis ad dubia proposita a PP. Vaz, Valderrabano, Suarez, aliisque provincialibus vel rectoribus transmissis (28 Nov., 14 Dec. 62; 9 et 25 Aug. 63, etc.) Pro collegiis romano et germanico sufficienti dotatione donandis, quantum eximii illi viri Lainez, Borgia, Polanco et Nadal insudaverint, abunde et saepissime eorum litterae commonstrant, praesertim anno 1563 datae (29 Jun., 27 Jul., 3 et 9 Aug., 16 Sept., etc.) Legatorum pontificis in concilio pro Societatis ejusque praepositi bono nomine tuendo diploma cum archetypo collatum (1 Nov.), epistolae frequentes de rebus concilii ultro citroque datae, testimonia principum Hispaniae et Germaniae pro Societate saepius ad romanum pontificem missa, epistolae cardinalium et episcoporum ad Lainez et Nadal aliosque pro Societatis opera postulanda, aliaque hujusmodi monumenta, prudentiam, solertiam, sapientiam, ingentesque illorum Patrum labores Tridenti, Romae, aliisque in regionibus susceptos magnopere commendant. Votum Patris Lainez in concilio de communione sub utraque specie mirifice in curia Hispaniae placuisse, comitem de Luna, regis Hispaniae in

concilio oratorem, Societati addictissimum se praebuisse, Moronem et Lainez prudentia et modestia plurimum ad pacem inter Patres tridentinae synodi conservandam profuisse, ex variis litteris luculentius patebit.

Et quamvis nonnulli eorum, qui concilio aderant in vota simplicia Societatis inveherentur, episcopi in congregationibus illam laudibus extollebant (Majo, 18 Jul., 9 Aug. 63.)

In Italia, Lainez initia collegii mantuani ponit, aliaque egregia in illa urbe non sine valetudinis gravi jactura perficit (23 Febr. 63). Cardinalis mantuani Herculis Gonzagae in Societatem beneficia et pia mors Natali nuntiantur (9 et 14 Mart. 63). Mediolanensis collegii institutio per cardinalem Borromaeum instanter promovetur, operam conferentibus cum Laurentio Maggio, legato Vargas et duce de Sessa: optimae sedes aedibus deliguntur (21 Sept. 63). Benedictus Palmius magno applausu in eadem urbe concionatur (18 Jul. 63).

In Gallia, collegiorum rutenensis et tolosani negotia felicius decurrere incipiebant in finem vergente anno 1562; Parisiis autem saeviebat lues infesta, qua venis hausta, decumbebat Broëtius cum Ottone Briamont: Edmundus Auger, Morellus et Codrettus fructu haud poenitendo concionantur (4 Dec. 62; 25 Maj. 63). Socii Turnone deturbati, spem proximi regressus in proprias sedes concipiunt. Manareus commissarius Galliae renuntiatur, et a Natali de ratione hujus officii recte exsequendi edoctus, Parisios mittitur (18 Jul., 7, 11 et 30 Sept. 63). P. Maldonatus Parisios cum P. Venegas destinatur (22 Oct., 9 Nov. 63, etc.) In aliis tandem multis Polanci epistolis, de rebus Galliae, de novis collegiis eorumque successu, de haereticorum pertinacia, de operariis strenuis et magistris selectis ad collegia mittendis, aliisque rebus passim nuntii varii, per episcopos vel theologos gallos Tridentum transmissi, cum Natali communicantur.

Hispaniae socii, sub novis moderatoribus a Natali recenter constitutis, diligentem operam in genuino Societatis spiritu promovendo se navare ex variis epistolis ostendebant, quarum aliae sunt eorum, qui ad transmarinas missiones vel in Germaniam inhiantes, hanc a P. Nadal sibi viam sterni exoptabant, (25 Jan.,

29 Sept., 14 Oct. 63); aliae de regimine provinciarum, collegiorum, subditorum, de negotiis, de rebus gestis, de obitu sociorum, inter quos recensendus primo loco eximius vir P. doctor Antonius de Madrid (15 Nov., 6 Dec. 62; 15 Jan., 5, 17 April., 3, 10 Jul. 63; 2, 29 Jan. 64). Aragoniae provincialis de domo probationis Caesaraugustae vel Valentiae instituenda scribebat (8 Jun. 63).

IN LUSITANIA P. Gundisalvus Vaz, monita Patris Nadal diligentissime exsequens, provinciam Lusitaniae praeclare regit, collegia provehit, et tantis laboribus fractus, praematura morte succumbit (25 Nov. 62; 22 Jan., 6 Jul. 63).

Atque haec de rebus ad universam Societatem spectantibus.

3.um. De Germaniae provinciis et de P. Hieronymo Nadal. —DE GERMANIA et de rebus in illa a Natali ordinatis major proculdubio monumentorum copia, ut diximus, in hoc volumine exhibetur. Duae tantum Societatis provinciae in Germania et regionibus vicinis numerabantur, cum P. Nadal ibi commissarii et visitatoris munere fungi coepit: scilicet, Germania superior, quae sex collegia complectebatur: viennense, cui domus probationis conjuncta erat, pragense, tirnaviense, monacense cum domo probationis, ingolstadiense et oenipontanum. Inferior Germania, quae, uti etiam superior, postea in duas divisa fuit, tunc temporis collegiis Coloniae, Treviris, Moguntiae, Antverpiae, Lovanii, Tornaci et Cameraci coalescebat.

Anno igitur 1562, a mense Junio incipiunt epistolae, quae in Natalis officio per Germaniae collegia versantur. In iis de domo propria cum templo Societati in urbe Coloniae procurandis, de majori in admittendis et instituendis tironibus diligentia adhibenda (7 Jun.), etc. Defectus equidem varii in adolescentium institutione deprehenduntur, si examina sodalium Coloniae et alibi admissorum attente considerentur [1]; quod certe temporum injuriae et bonorum moderatorum penuriae tribui debet.

Collegiorum moguntini, trevirensis, ingolstadiensis et mona-

[1] Haec examina, quae in priori volumine in annotationibus singularum epistolarum dedimus, deinceps commodius fore censuimus omnia simul in appendice collocare, ne annotationes nimium excrescant, et ut facilius consuli valeant ab iis, qui notitias ad socios pertinentes exquirant. Vide appendicem, n. I.

censis negotia Natali a Lainez commendantur (15 Aug., 7 Oct.). De Oliverio Manareo, Paëz, Mariana, Pontano, Jacobo Schipman ad Germaniae vel Galliae provincias destinandis (3 Sept.). Colonienses in adversis rebus a Natali consolantur (7 Oct.). Cum episcopo herbipolensi de collegio Societatis erigendo sermo est (7 Oct., 1 Nov.). Sententias theologorum Societatis expostulat imperator de communione sub utraque specie (1 Nov.). Patris Victoriae a B. Canisio aversioni animi et diffidentiae mederi conantur PP. Lainez et Nadal (18 Oct., 1 Nov.). Episcopus osnabrugensis suam erga Societatem benevolentiam profitetur (27 Aug.). Catechismi Monhemii censura illustratur (6 Nov.). Germaniae superioris in duas divisionem Patri Lainez proponit Nadal (14 Nov.). Monacensis civitas, infesta lue afflicta, divinam opem implorat, et melius habere incipit: prospera de collegio scribit Menginus (9 Dec.). Borgiae Pater Natalis suum erga Germaniam amorem testatur, et vehemens studium ut apti pro ea juvanda operarii Romae instituantur; ideoque de collegii germanici prospero successu gaudet, spem animo fovens «que podremos sacar desse collegio en breue tiempo muy buenos galgos y mastines para contra estos demonillos y heretiquillos de Alemaña» (5 Dec.). Collegium Augustae a Natali recognoscitur, ibique monita pro lue a sociis avertenda ab ipso traduntur; Canisius sapientibus monitis et consiliis, summo ipsius solatio, juvatur (20 Nov.). Lanspergiam venit Natalis, ibique de dotatione collegiorum ingolstadiensis et monacensis serio cogitat, remque cum primoribus civitatis transigit, ordinationesque prudentissimas, quae generali praeposito summopere probantur, illis collegiis scriptas relinquit (20 et 24 Nov.). Has autem instructiones et ordinationes post omnes epistolas in ultimo illarum volumine, Deo juvante, dabimus. Annotationes doctori Paivae, de rebus Societatis in Kemnitium scribenti, a Patre Nadal suppeditantur (24 Nov., 1 Dec.). Straubinga collegium Societatis impetrare contendit (20 Nov.). De catechismo tandem locupletando, de litteris indicis latine vertendis, de rebus Antverpiae et Lovanii, aliisque rebus ultima hujus anni epistola, Tridento a Polanco 14 Decembris data, disserit.

Et haec de anno 1562 brevissime innuisse sufficiat.

Veniamus jam ad annum 1563. Fausta jam in primis de collegio oenipontano nuntiantur; ita ut fructus, per Societatem ibi collecti, summo imperatoris animum gaudio afficiant. Aliunde P. Nadal, laboribus sui ministerii minime fractus, assiduam in monitis, regulis, et dialogis adornandis operam navat (26 Febr.). Ipsius gestiones pro tuenda summi pontificis auctoritate (9 Mart.) gratae admodum romanae curiae acciderunt: «De Roma nos escriuen que hay mucha edificación así en el papa como en los principales ministros suyos de los buenos officios que V. R. hizo en Hispruch» (14 Mart.). Subsidia ab ipso imperatore pro oenipontano aliisque collegiis obtinere procurat ipse P. Nadal (24 Mart.). Falsi rumores de imperatoris in Societatem adverso animo Romae sparsi evanescunt (9 Mart., 14 et 19 April.).

Collegiorum Friburgi, Wratislaviae, Coloniae et Herbipolis initia (14 et 30 Mart., 13 April., 18 Maj., 29 Jun.). Studia humaniorum litterarum in Germania promovenda, magistri instituendi (11 Maj., ante 2 Sept.). Provinciarum Germaniae partitio, praepositi creandi, commissarius praeficiendus, proponuntur et approbantur (19 Maj. 4, 8, 10 Jun.). Gesta a B. Canisio hisce verbis summopere laudantur a Polanco nomine P. Lainez: «En Roma ay gran contentamiento de los officios que se han hecho en Ispruch por el P. Canisio» (4 Jun.). Terentii comoediae pro Societatis scholis a Natali *(Ephem.* fol. 120 v) et ab aliis adornantur (29 Jun., 18 Jul.). Libri exercitiorum nova editio Viennae excuditur (29 Jun., 19 Oct. etc.).

Novitiorum institutioni opportuniores sedes urbem monacensem prae vindobonensi praebere censet P. Lainez (29 Jun.). Pragae collegium, a Natali perlustratum, laudibus ab ipso exornatur (29 Jun.). Dilingensis, initia, difficultates, conditiones in multis hujus anni epistolis expenduntur. Videnda insuper in appendice gravis epistola cardinalis augustani, in qua intima animi sui sensa et votum Deo de hoc collegio condendo a se oblatum fuse enarrat.

Tirnaviense collegium invisitur a P. Nadal, qui commodiores ibi aedes procurandas censet (4 Maj., 12 Jul., 25 Oct.). Societa-

tem in Poloniam ingredi exoptat Natalis (29 Jul.). Petrum Perpinianum cum aliis egregiis magistris in Germaniam destinari saepius curavit; quod tamen non opere compleri valuit. Ejus tamen loco alii selecti viri Roma et ex Hispania in Germaniam venerunt (11, 18 Maj., 7 Sept. etc.).

Multa alia praeclare a Natali in Germania hac secunda ejus inspectione gesta sunt, quae quidem enumerare hic non vacat, quaeque singulatim in indice recensenda relinquimus. Illud tamen mirum cuilibet videri possit, cum tot tamque egregia facinora pro ecclesia et pro Societate a Natali patrata fuerint, haec tamen a praecipuis rerum Germaniae scriptoribus vel ignorata vel praetermissa vel summis tantum labris gustata fuisse.

Et haec quidem de epistolis annorum 1562 et 1563, ad quas, potius quam ad sequentes, spectant paucae litterae anno 1564 datae, utpote quae fere omnes in rebus ab ipso Nadal per Germaniam gestis versantur. Nam epistola Lanoyi, 27 Jan. data, est de rebus Germaniae et de ratione sui muneris obeundi. Altera a Natali, Romae 1 Febr. scripta, est fusa et accurata narratio totius expeditionis per collegia germanica, ubi inter alia Canisium summis laudibus exornat, «columnam et sustentaculum catholicorum» illum nuncupans. Sequitur alia epistola Patris Araoz, prospera de Hispania nuntians et de fundatione collegii vallisoletani (19 Febr.). Joannes Seidel de sua per montana Hungariae expeditione, de moribus illorum populorum, de haereticorum illic grassantium lue mira quaedam enarrat (27 Sept.).

Anno 1565, epistola P. Balthasaris Hostowini ad Natalem data, quaeque, ad eamdem illustrandam, tum cardinalis Hosii, tum nuntii Commendonis in appendice ponuntur, ad ingressum Societatis in regnum Poloniae, de quo SACCHINUS, *Hist. Soc.*, part. II, lib. VIII, nn. 114 et 115, spectant.

Et haec de epistolis aliisque monumentis historicis hujus voluminis dicta sufficiant.

NOTITIA CODICUM

MANU SCRIPTORUM, EX QUIBUS MONUMENTA HUJUS SECUNDI VOLUMINIS POTISSIMUM DEPROMUNTUR

Praeter ea, quae in primo volumine diximus ante codicum descriptionem, animadvertere hic debemus, epistolas, quas ex coloniensi tabulario, infra designando, proferimus, a nobis ex ipsis codicibus ibi asservatis transumptas vel emendatas fuisse, una tantum excepta, quae sub n. 213 posita est; quam quidem nobis per P. Stephanum Beissel accurate cum Kesseliano transumpto conferri curavit P. Otto Braunsberger, de nostris MONUMENTIS optime quidem meritus.

Ex codicibus in vol. I *Epistolarum Natalis* descriptis, sequentes tantummodo in praesenti volumine adhibentur:

Codex 2.—*P. Natalis ephemerides.*—Descriptus in pagg. XXIV et XXV.

Codex 4.—*Epistolae Natalis.*—Descriptus in pag. XXVII.

Codex 6.—*Instructiones et monita pro collegiis Germaniae, Poloniae, Belgii et Galliae.*—Descriptus in pagg. XXIX et XXX.

Codex 16.—*Examina Patrum ac fratrum Societatis Jesu, a P. Nadal collecta.*—Descriptus in pagg. XLVIII et XLIX.

Codex 20.—*Varia historia rerum Societatis Jesu.* 2.um volumen.—Describitur in pagg. LIII et LIV.

Codex 28, b) et c).—*Hispaniae epistolae.*—Descriptus in pag. LXII. Accedit alius fasciculus litterarum, ad annum 1564 pertinentium, de quo nil diximus in I vol.

Codex 29, b), c), d), e).—*Collectio epistolarum Germaniae.*—Descriptus in pag. LXII.

Codex 30, a).—*Collectio epistolarum Galliae.*—Descriptus in pag. LXIII.

Codex 32.—*Lusitaniae epistolae.*—Descriptus ibidem.

Codex 33, c), d).—*Regesta epistolarum praepositi generalis.*—Descriptus in pagg. LXIII-LXV.

Codex 35 [1]

Epistolae Polanci, Lainez et Borgiae.—Vol. in f. conglutinatum et hac inscriptione deauratis characteribus a tergo distinctum: «POLANCUS | EPISTOLAE P. LAINEZ | ET. S. FRANCISCI BORGIAE.» Epistolas 319 complectitur, tot numeris recenter ex ordine signatas. Diversimode olim has litteras fuisse ordinatas, ex ordine praepostero numerorum antiquorum apparet. Aliquis tamen ordo interdum in epistolis annorum 1562 et 1563 conspicitur; nam hujus anni epistolae, paucis foliis demptis, antiquum ordinem servant a n. 1 ad 207. Omnes fere epistolae sunt archetypae, i. e. a Polanco nomine praepositi generalis subscriptae, et a librariis exaratae, praesertim a Joanne Fernandez. Multae nihilominus ab ipso Polanco scriptae reperiuntur, ex commissione Patris generalis. Datae fuerunt annis 1558-1572, una vel altera excepta. Versantur in negotiis ad regimen Societatis spectantibus; et interdum aliquae apparent, quae ad notitiam rerum gestarum pro charitate fovenda inter socios referuntur. Maxima illarum pars sunt scripta Tridenti annis 1562 et 1563. Incipit volumen ex epistolae palimpsesto, a Polanco exarato, et variis emendationibus castigato, 20 Sept. 1556, cujus prima verba sunt: «Soli—Pax X.i—Del Schorichio ci saria tropo...» Desinit vol. in epistola P. Ludovici Gonçalves, Polanci manu transcripta, cujus ultima verba sunt: «ver tanto deseo en tan santo pontífice, que esta cosa tenga effecto, me es gran señal que dello ha de seguirse gran bien. En las oraciones, etc.» Hunc codicem, a nobis frequenter adhibendum, hoc pacto allegabimus: *Cod. PLB.,* quibus litteris Polancus, Lainez et Borgia indicantur.

Codex 36

Epistolae ad P. Leonardum Kessel.—Codex coloniensis archivi studiorum fundatorum («Archiv des Verwaltungsraths der Studienstiftungen», «Archiv des Gymnasial und Studienstif-

[1] Ut codices a nobis in hoc opere descripti commodius allegari valeant, eos sub unica numerorum serie ordinamus; ac proinde, cum codices in I vol. descripti in n. 34 desinant, primum hujus vol. n. 35 signamus.

tungsfonds»). Vol. in f., compositum, et hac in dorso inscriptione signatum: «EPISTOL. ad R. P. | L. Kesselium | I.m S. J. Rect. Coloniae | Pars Ia ab | 1546 ad 1572» Folia non recte signata sunt: multa ff. nullo numero distinguuntur. Continet epistolas fere archetypas ad P. Kessel a variis datas et ordine chronologico dispositas. Hunc codicem descripsit BRAUNSBERGER, *Canisii epist.*, I, LIII, LIV.; et HANSEN, *Rheinische Akten zur Geschichte des Jesuitenordens*, pag. XXVIII.

Codex 37

Epistolarium P. Leonardi Kessel.—Codex coloniensis archivi in cod. superiori citati. Vol. in f., 181 ff. constans et nn. 1-68, 1-44, 1-35, 1-33 olim signatum. Desideratur antiquus codicis titulus. Continet transumpta epistolarum Patris Kessel et aliorum, pluraque monumenta historica Societatis Jesu, partim ab ipso Kessel, partim ab aliis scripta, et ad annos 1560-1563 potissimum spectantia. Incipit «1560. IhS. Augustus. Ordo prouinciarum. Prouinciae et Collegia Societatis Jesu 1560.» Descriptum habes hunc codicem apud BRAUNSBERGER, *Canis. Epist.*, II, XLIX, L; et apud HANSEN, *loc. cit.*, pag. XXVIII.

Codex 38

Epistolae cardinalium.—Ejus descriptionem habes in *Epistolis Mixtis,* vol. I, pagg. 601 et 602.

Codex 39

Epistolae principum.—Hunc codicem descripsimus in *Epistolis Mixtis,* vol. I, pag. 602.

Codex 40

Epistolae sanctorum.—Descriptus ibidem, pag. 602.

Codex 41

Historica.—Est collectio variarum ephemeridum Societatis Jesu, unico vol. in 4.o constans. Hic codex, a nobis edendus, suo loco opportune describetur.

NOTAE

FREQUENTIUS IN HOC OPERE USURPATAE
EARUMQUE INTERPRETATIO

annot.=annotatio.
B.=Beatus.
B. V. M.=Beata Virgo Maria.
cap.=caput.
Cf.=Confer.
Cod.=Codex.
D. Dnus.=Don, Dominus.
D., vel Dr.=Doctor.
D. V. P.=De Vuestra Paternidad.
e. g.=exempli gratia.
fol.=folium.
ff.=folia.
Fr.=Frater.
H.=Hermano.
HH.=Hermanos.
Ibid.=Ibidem.
i. e.=id est.
in f.=in folio.
lib.=liber.
loc. cit.=loco citato.
M., Mr. vel Mag.=Magister.
M.º vel M.ro=Maestro.
ms., mss.=manu scriptum, manu scripta.
N. P.=Nuestro Padre.
N. S.=Nuestro Señor.
n.=numerus.
nn.=numeri.
O. M.=Ordinis Minorum.
O. Pr., vel O. S. D.=Ordinis Praedicatorum, vel Ordinis S. Dominici.
O. S. B.=Ordinis S. Benedicti.
P.=Pater, Padre.
PP.=Patres, Padres.
pag.=pagina.
pagg.=paginae.
part.=parte.
P. M.=Pontifex Maximus.
R., RR.=Reverendus, Reverendi.
R. P. T.=Reverendae Paternitatis Tuae.
R. P. V.=Reverendae Paternitatis Vestrae.
S.=Sanctus.
S. A.=Su Alteza.
S. P.=Su Paternidad.
SS. AA.=Sus Altezas.
S. J.=Societatis Jesu.
sc.=scilicet.
seq.=sequens.
seqq.=sequentes.
S. R. E.=Sancta Romana Ecclesia.
Su Exc.ª=Su Excelencia.
Su S.d=Su Santidad.
t.=tomus.
V. A.=Vuestra Alteza.
V. M. Vuestra Majestad.
V. m.=Vuestra merced.
v. g.=verbi gratia.
vol.=volumen.
V. P.=Vuestra Paternidad.
V. R.=Vuestra Reverencia.
X.º, Xpo.=Christo.
Xpiano.=christiano.
Xpoual.=Christóbal.

204

[P. NATALIS

EPHEMERIDES AB ANNO 1546 [1]

PARS PRIMA 1546-1557]

—

Fol. **23** **[15]46**

Ad hunc usque annum, dictum in apologia ad doctores parisienses. Bulla coadiutorum. Praedicatio in plateis. Jacobus ad

---

[1] Ex autographo, in *Cod. 2,* tomo I, pag. XXIV-XXVII descripto. P. Natalis *Ephemerides* in duas partes dispertiri commode possunt: prima, multo compendiosior, res universae Societatis ab anno 1546 ad 1556 complectitur, quibus accedit fusior enarratio turbarum, quae ante primam congregationem generalem a PP. Bobadilla et Pontio excitatae fuerunt (1557), ff. 1-48 non sign. Hujus primae partis, ad finem usque anni 1556, duo exstant exempla in eodem codice: alterum apographum, cui ipsemet P. Nadal manu propria has apposuit annotationes: initio primi folii: *Lo que auía de ser antes desto, stán en Roma de mi mano entre los papeles que io dexé al P. Bastián, rector del collegio: y io también lo embío á Roma por mar.* In fol. 9 v. et fol. 10 haec ab eodem annotata apparent: *Lo que resta embío io á Roma, y fácilmente se puede scriuir si se perdiesse, porque es lo que passé en tiempo que era el Padre vicario, y principalmente de lo de Pontio y Bobadilla; y lo demás es parte de lo de la congregatión. Hase de añadir lo* [*de*] *después de la congregatión, etc.* Hoc transumptum habetur in ff. 1-9, non sig. In fol. 10 v. Natalis manu: *Conseruanda.* Alia manu: *Reponenda inter Diaria.* In hoc priori exemplari, desiderantur ea, quae ad annum 1557 spectant.

Alterum exemplar, totum Natalis manu exaratum et frequentibus ab ipso emendationibus castigatum, est originale unde illud prius transcriptum fuit, quod aliquas parvi momenti variantes prae se fert, quas quidem negligendas existimamus, eo quod in praesenti prima editione *Ephemeridum* ipsum Natalis autographum exhibemus.

Autographum igitur primae partis *Ephemeridum* habetur in ff. 23-48 non sign. In ora superiori haec sua manu scripsit Natalis: *Ad hunc vsque annum* [*1546*] *dictum in apologia ad doctores parisienses.* Hanc autem apologiam hactenus non vidimus. Et haec de priori parte *Ephemeridum,* cujus folia non signata fuisse jam diximus.

Secunda pars, cujus ff. signata sunt, constat ff. 1-207, resque ab anno 1553 ad mensem Augustum anni 1562 a Natali potissimum gestas comple-

conuertendas meretrices. Missi Tridentum Lainez et Salmeron et Claudius. Aduocatus Romam Faber vt Tridentum iret, moritur prima Augusti. Exercitia P. Francisci et vota 2.ª Junij in vigilia Ascensionis, et inchoatum collegium gandianum, in quo inchoarunt publice nostri docere. Inchoata tribulatio Mathiae. Valentiae collegium fundatum diplomate. Missus Bononiam Domenechus. In Siciliam Jacobus Lhostius. Animaduersum obedientiae districtionem inchoasse, praesertim intellectus. Reuocati Romam magister Polancus et magister Frusius mense Septembri. |

[15]47

P. Polancus secretarius Societatis. Constitutiones incipit serio componere Pater Ignatius. Magna occupatio in tribulatione Mathiae. Coniunta est tribulatio Roseriae et Barberani. Florentiam misi M. Frusius et P. Otellus. Primum nostri legunt Ingolstadij. Laboratum est ne acciperetur episcopatus trigestinus. Joannes de Vega in Siciliam cum P.ᵉ Domenecho. Iuuit P. Ignatius vt Inquisitio constitueretur in Portugallia et Romae expedi-

---

ctitur; enucleatius tamen Societatis perturbationes ab obitu S. Ignatii ad electionem usque Patris Lainez prosequitur.

In editione hujus egregii monumenti nihil praetermittendum duximus, quo accuratissime ipsum autographum exhiberemus, quod cum raptim, et multis adhibitis notis, quas *abbreviationes* dicunt, frequentibusque in marginibus additionibus ab auctore exaratum sit, haud leve negotium nobis facessivit, cujus tamen minime nos poenitet, ut numeris omnibus absolutam editionem, quantum in nobis erit, scriptoribus et studiosis historiae Societatis offerre valeamus. Veram porro lectionem autographi generatim nos attigisse existimamus. Siquando autem obscurior aut dubia lectio occurret, pro nostro more proprio loco annotabimus.

Paragraphorum separationes, quas *alineas* vocant, in singulis punctis adhibet Natalis in prima *Ephemeridum* parte. Quod autem illi angusta charta utenti commodum eveniebat, non sine multa chartae jactura nos praestare possemus; ideoque ab illis spatiis vacuis nobis abstinendum existimavimus. Folia primae partis, quae non sunt signata, a nobis numero ordinis, quo in codice jacent, in ipso textu crassioribus numeris indicantur. Folia vero secundae partis eodem, quo in autographo distinguuntur numero, nos quoque suo loco signamus. Ubi autem desinit prima singulorum foliorum pagina, lineolam tantum adhibemus.

Singulae autographi paginae, pro more a Natali constanter servato signo crucis initio notatae sunt.

retur. Actum fuerat praecedentibus annis vt obseruaretur decretalis **24** «Quum corporalis infirmitas.» Prospere cesserunt quatuor tribulationes Mathiae, Rosellae, Barberani atque episcopatus. Liberata Societas a cura mulierum ac monacharum. Viuae vocis oraculum per Durantum pro exercitijs. Fundatum collegium gandianum, facta vniuersitas studij generalis. Hoc fuit primum collegium, in quo nostri docerent, prima etiam vniuersitas studij generalis in Societate. Romae prohibuit P. Ignatius publicas mortificationes, quarum [1] erat auctor P. Iacobus Eguias cum Ferronio, qui fuerat secretarius antequam veniret P. Polancus. | Ad Societatem recipit Pater suo consilio Doctorem Torrium, ac mittit in Hispanjam. Hic prima diuisio prouintiarum. Per hunc et Seuillanum initium capit collegium salmantinum, beneficio cardinalis coriensis, dein metymnense. In Portugallia prouentus multorum, qui ad Societatem recipiebantur. Mittuntur in Indiam singulis annis. Litterae afferuntur magni fructus, qui inter idololatras refertur: nouae prouin**25**ciae adibantur a nostris. In Portugallia Mr. Simon, superior. In reliqua Hispania P. Araozius.

[15]48

Professio P. Francisci prima Februarii. Excitata Salmanticae tribulatio nostris per Canum. Haec per conciones Stradij sopita. Dant suffragium, qui erant in Italia professi, Patri Ignatio pro constitutionibus, etc., Laynez, Salmeron, Paschasius, Iaius. Initium sumpsit collegium vallisoletanum, per Stradium, domus scilicet et sacellum concessum. Mense Martio est missus P. Hieronymus Natalis ad fundandum collegium messanense in Siciliam cum nouem socijs, | in quo collegio nostri publicas scholas omnium disciplinarum aperuerunt, praeterquam iuris et medicinae. Erat magnus fructus in Sicilia, multa opera fiebant a Ioanne de Vega et vxore, procurante P. Domeneco, et Messanae magnus fructus in auditoribus et alijs. Magna cognitio Societatis et existimatio in concilio tridentino per nostros. **26** Confirmata auctoritate apostolica exercitia, latinitatj data, ac typis. In Africam

[1] Ms., *quorum*.

missus inter sarracenos [1] Ioannes Nunius, ad iuuandos captiuos christianos, magnum habet fructum. Missi nostri Congum in Africam. Missi Brasiliam.

[15]49

Missus est M. Nicolaus Lanoius Panormum cum aliquot nostris ad collegium fun[dandum]. | Aperuerunt scholas humaniorum litterarum ac grammatices. Messanae transactum est cum ciuitate vt nostro collegio coniungeretur vniuersitas studij generalis apostolica auctoritate, quod concessit Paulus 3.us, bullis datis. Prima domus probationis Messanae. Missi nostri in insulam Ormuziam in sinu Persico sitam. P. Antonius Criminalis pro fide interficitur ab infidelibus in India. Omnibus his et sequentibus annis in India magnus fit fructus. Signa etiam per sanitates, destructio idolorum. Accipiuntur ad Societatem multi, et fundantur collegia, et ex collegio conimbricensi singulis annis mittuntur.
27 P. Laynez missus est in Siciliam a cardinali Farnesio. Simul fuit primus prouincialis praepositus in Sicilia. Collegium tyburtinum inchoatum. Missus est Romam e Sicilia P. Canisius. Inde Bononiam ad concilium. Postea in Germaniam. Bononiae habitarant quidem nostri, sed hoc anno domus est donata Societatj. Lutetiae item nostri iam inde ante confirmationem habitarant nostri. Hoc vel superiori anno inchoatum est collegium per episcopum claromontanum, data domus, etc. Inchoatum collegium venetum per magistrum Frusium.

[15]50

Conuocantur a Patre Ignatio professi, qui commode poterant venire, | aliqui praeterea Patres, quasi in generalem congregationem, vt ostenderet constitutiones, ac notarent si quid videretur. Hoc fecerunt. Cessit P. Ignatius officio suo, datis literis sua manu scriptis ad Patres praesentes. Intercesserunt constantissime omnes, praeter Patrem Andream Ouediensem, qui magna simplicitate animi dixit sibi videri aptum non esse ad munus gene-

---

[1] Ms., *missus inter sarracenos missus.*

ralis gerendum P. Ignatium, nam sanctus, inquit, homo dicebat se non esse aptum: id ipsum credere, etc. It magister Laynez ad bellum aphrodisianum cum Ioanne Vega. Redit Romam, expugnato Aphrodisio. **28** Venerunt Romam P. Franciscus in habitu adhuc ducis, cum sua familia, etiamsi secrete esset ex dispensatione professus. P. Araoz, P. Ouedus, P. Miron, P. Stradius, P. Royas, P. Tablarius, magister Emanuel, ii [1] comites fuerunt Patri Francisco. Ad initium insequentis anni venit Romam magister Simon. Romae erant cum P. Ignatio, P. Laynez, P. Salmeron, P. Miona, P. Frusius, P. Polancus, etc. | Archiepiscopus toletanus Siliceus in Hispania persequitur Societatem, in sua diocesi, ac publicis edictis interdicit ne suscipiantur nostri. In insulam Iaponam nauigauit magister Franciscus, vbi primi per ipsum facti sunt homines christiani: sex ecclesijs fundatis, et mille quingentis, plus minus, baptizatis hominibus, redijt post biennium in Indiam. Perturbatio per episcopum tyburtinum propter Lucium.

29 [15]51

3.º die Ianuarij, literis sua manu scriptis, cessit suo officio generalis praepositi, additis rationibus, P. Ignatius. Congregati Patres non admiserunt eius cessionem. Solus fuit P. Ouedus, qui dixit se quidem propterea sentire P. Ignatium non esse idoneum, quod ille ita diceret. Discessit P. Franciscus cum suis Roma, relictis pecuniis ad fundationem collegii romani, quod hoc anno est fundatum, et apertae scholae latinae linguae, graecae et hebraicae. | P. Franciscus cultum secularem exuit, et ditionem cedit filio, fit sacerdos, et inchoato collegio oniateo, secedit in Cantabriam, concionatur, emendicat magna omnium aedificatione et fructu. Ad patrem Franciscum veniunt P. Antonio [*sic*] a Corduba, P. Bustamantius, P. Sanchius a Castilia, et alij nobiles hispani, et per exercitia ad Societatem vocantur. Inchoatum collegium burgense per Stradam. Inchoatum collegium florentinum. Genuam missus M. Laynez. Domus proba-

[1] Ms., *hij*.

tionis 2.a Panormj. Magister Claudius de collegio viennensi agit. Mittitur magister Lanoius cum socijs. Mittitur [P. Domenech] Valentiam **30** ad collegium, quod applicatione ad 30 annos prouentus sui canonicatus et patrimonio praeterea suo fundatum erat. Multum confert et in alijs, et quod emitur ex eleemosinis domus. P. Natalis, prouincialis Siciliae iuuat viceregem in operibus pijs publice erigendis, eleemosynis publicis erogandis, e quibus ne obolum quidem vnquam accipere voluit, rogante vicerege. Fundatur collegium panormitanum, datis redditibus a ciuitate, etc. Carolus quintus concedit collegio panormitano vniri abbatiam S.tae Mariae della Grotta, quae dabatur iam olim in commendam, nec vlla est prorsus monachalis obseruatio. P. Natalis mittitur Aphrodisium, quo mittebatur | classis quindecim triremium cum supplemento, etc., assumpto socio magistro Isidoro. 2.a Iulij naufragio 8 triremes perierunt, et multi mortales, et in his Isidorus pie ac fortiter. Natalis, magno Dei beneficio, euasit, etc. Fuit Aphrodisij 4 menses, iuuit milites ac sacerdotes, etc. Cum redijsset Messanam, transactum est de perpetua fundatione illius collegij, etc. Inchoatum collegium neapolitanum per Mag. Salmeronem et Mag. Ouedum. Deinde iam secundo nostri veniunt Inglostadium, et docent magna celebritate P. Salmeron, P. Canisius, et P. Gaudanus. Non transigitur **31** de collegio; sed, qui fructus fuit eximius, incoeperunt Inglostadij et Viennae germani iuuenes ad Societatem recipi. Ferrariense est collegium inchoatum: apertae scholae humaniorum literarum, per M. Paschasium et M. Pelletarium. Inchoatum caesaraugustanum. Accusatio magistri Ioannis del Mercato, et actio aduersus illum. Incipit perturbatio nostrorum in collegio cohjmbricensi: M. Laynez fit prouincialis Italiae. |

[15]52

Vocatur Romam Natalis, vt videret constitutiones, ac professionem emitteret: vtrumque fecit; sed professionem, iussu Patris Ignatii, quum ipse eligeret esse coadiutor [1]; et rationes,

---

[1] Non bene cum his concordat Orlandinus, qui haec de P. Natali scri-

quapropter id censeret, probaret P. Ignatius. Redijt post duos menses in Siciliam cum constitutionibus. Inchoatum collegium mutinense. Inchoatum collegium argentinum in agro ferrariensi. Fuliginense collegium inchoatum. Haec duo collegia non habuerunt successum; hoc enim fuit destitutum, 1554; illud, 1557. Causae breuiter attingendae. **32** Collegium germanicum Romae habet initium, iubente Iulio 3.°, etc. In Corsicam hoc anno missus est P. Siluester cum socio. Mira efficacia et fructu exercet ministeria Societatis et ibi moritur, etc. Nauigat M. Franciscus ad Chinarum regionem, quo antequam ingrederetur, in proxima insula moritur, ac perseuerauit eius corpus incorruptum. Alia praeterea sunt huius viri miracula. Quum illum vocasset P. Ignatius ad officium generalis praepositi, etc. Viennae in Austria, moritur magister Claudius Iayius, vir, etc. Magister Canisius ac magister Gaudanus Inglostadio euocantur, | ibique et profitentur sacras literas, et concionantur cum fructu. Ne P. Franciscus cardinalis crearetur curauit ipse et P. Ignatius; fuit enim in eo discrimine, designatus scilicet a Carolo quinto. Magister Laynez ac Salmeron Venetijs concionantur, ac curant vt venetorum respublica consentiat in vnionem prioratus Sanctissimae Trinitatis ad collegium patauinum. Condemnatur Iohannes de Mercato miro iudicio in magnum Societatis fauorem. Magister Simon fit prouincialis Aragoniae, quod munus non gerit. Magister Miron, prouincialis Portugalliae. **33** D. Torres, visitator Portugalliae. Perturbatio in collegio conymbrycensi grauissima: ad 60 e nostris vel expulsi sunt, vel iniussi abierunt. |

[15]53

Redit P. Domenechus Romam, ac destinatur prouincialis tertius Siciliae, euocato Romam P. Natali, quem P. Ignatius, creatum commissarium generalem in regnis Hispaniae, illo misit

---

psit in *Hist. Soc.*, part. I, lib. IX, n. 1.: «Quanquam enim ea de re [sc. de professione nuncupanda] Hieronymo Natali nuper aliquid Ignatius innuerat, tamen cum suam ille tenuitatem modeste primum excusasset, quod diceret gradum illum sua virtute superiorem esse, satisque sibi fore, si inter Professos trium votorum adscriberetur...»

ad visitanda collegia omnia ad publicandas ac declarandas constitutiones Societatis, regulas accommodandas, ac rationem prouisionis collegij romani expediendam: laborabatur enim graui penuria in collegio, et alieno aere non modico. Professio D. Ollaui.
34 Fuit in Hispania Natalis 16 menses: visitauit collegia omnia: constitutiones promulgauit, ac declarauit in omnibus collegiis: regulas romanas illis collegijs accommodauit: nonnullas praeterea addidit, quae videbantur necessariae aut vtiles futurae. Expedita est prouisio collegij romani, missaque Romam ad sex millia aureorum. Fundata domus vna professa, domus vna probationis, collegia quatuor inchoata, vnum dotatum, vnum constitutum, alterum adauctum. Conficitur negocium missionis in Aethiopiam: agitur de collegio regio Societati applicando. Diuisit Hispaniam totam, | speciali commissione, in quatuor prouincias: Portugalliam, Castelliam, Baethicam et Aragoniam: pronuntiauit prouinciales, Portugalliae Patrem Mironem, Castelliae Patrem Araosium, Baethicae Patrem Torrem, Aragoniae Patrem Stradium; commissarium vero generalem in tota Hispania Patrem Franciscum, cuius auctoritas in omnibus iuuit inprimis Natalem. Fecit 3 professos, 4 coadiutores spirituales, ac duos temporales. Mittitur, antequam veniret P. Natalis in Portugalliam, M. Simon Romam, quod probat Natalis, ac dat illi socium P. Carnerium [1]. Mittitur P. Laynez Genuam, M. Salmeron Neapolim. Concionantur. **35** Collegium abulense inchoatur. Excitantur aduersarii contra exercitia: deferunt ad inquisitores: res tamen euanescit. Collegium eborense constituitur; inchoantur lectiones in literis humanioribus, ac casuum conscientiae instituitur enarratio. Collegium vlysipponense augetur, additis professore literarum graecarum ac rethorices, alio praeterea grammatices ac casuum conscientiae. Agitur vt rex simul et ciuitas illius suscipiat curam. | Fundatur Vlisipone domus 2.ª professorum Societatis et fiunt professi, etc. Instituitur domus probationis Cohjmbriae. Transigitur cum rege de missione in Ethyopiam. Agitur de

---

[1] Prius scripserat *Carnelium*. Postea ipse Nadal emendavit scribens *Carnerium*.

collegio regio. Collegium perusinum inchoatur. Collegium eugubinum inchoatum. Vocatur in Italiam P. Viola ex Gallia Luteciam: in eius locum mittitur P. Paschasius.

36 [15]54

Collegium cordubense fundatur. Collegium conchense inchoatur. Persecutio nostrorum Lutetiae. P. Paschasius prouincialis Galliae primus. Collegium granatense ac hispalense sumunt initium. Congregatio nationalis Metymnae: diuiduntur prouinciae, creantur prouinciales 4, ac commissarius generalis. In Monteregio inchoatur collegium, et Caesaraugustae in Sicilia. D. Madridius adiungitur Societati. | Domus probationis fundatur Simancae. Redit Romam P. Natalis. Contendit rex romanorum apud Iulium 3 vt M. Canisius crearetur viennensis episcopus, contra annitente P. Ignatio ac P. Canisio. Tandem persuasus rex destitit. Inchoatum collegium genuense: apertae scholae litterarum humaniorum ac grammatices. Inceptum collegium lauretanum: apertae scholae literarum humaniorum, casuum conscientiae ac logices. Decretum facultatis theologiae parisiensis contra Societatem prima die Decembris. Designati P. Iohannes Nunius (qui fuerat magno cum fructu versatus Tituani in Africa), P. Ouedus, P. Carnerius [1] cum 10 alijs vt mitterentur in Aethyopiam, et 3 illi episcopi sunt destinati et P. Nunius patriarcha.

37 [15]55

Inchoantur ac aedificantur collegia Mursiae et Placentiae. Aperiuntur scholae Placentiae. Instituitur domus probationis Cordubae. Fit P. Natalis generalis commissarius, vel vicarius totius Societatis, suffragio 40 sacerdotum, et fratrum praeterea, qui Romae erant, et iussu P. Ignatij; et paulo post mittitur cum legato cardinali Morono ad conuentum imperialem socius P. Laynj: vnde, quum, audita morte Iulij statim redit cardinalis et P. Laynes, | Dilingae collegium ex legati et augustani facultate visitauit. Deinde ex officio visitauit collegium pragense. Misit

---

[1] Ms., *Carnelius.*

M. Canisium Pragam ad parandam illius collegii fundationem cum literis Ferdinandi regis: vnde per M. Canisium sunt adducti ad Societatem 10 boëmi, et de collegio pragensi transactum. Constitutiones Viennae promulgauit. Hinc discedens conciliauit P. Ignatio M. Simonem. Visitauit collegia omnia Italiae, praeter lauretanum, ac publicauit constitutiones. **38** Dein rursus missus est in Hispaniam mense Decembri, vt iuuaret in ministerio P. Franciscum, atque prouisionem romani collegij rursum curaret expediendam: fuit in Hispania 9 menses: missa sunt Romam 6800 aurei auctoritate P. Francisci. Mittitur P. Ribadeneyra [1] in aulam Philippi regis catholici, vbi fuit annum fere. Transegit de licentia fundandi collegia in Flandria, et eleemosynam habuit 600 aureorum pro collegio ro[mano], vbi versatur cum bono Societatis odore. Designantur auctoritate apostolica episcopi P. Nunius et P. Ouedus et P. Carnerius [2] absentes, pleno cardinalium consensu, ac magna aedi | ficatione, quod Societas recipiat episcopatus vbi solum est opus bonum, non etiam honor vel prouentus. P. Carnerius cum alijs in Indiam [pergit], vt illinc iter habeat in Ethyopiam; remanent P. Nunius et P. Ouedus, et consecrantur episcopi. Mittitur a summo pontifice M. Salmeron in Poloniam cum nuncio apostolico, episcopo veronensi: redit. Fit prouincialis Germaniae P. Canisius. Emittit professionem P. Hieronymus Domenechus [3], et mittitur prouincialis in Siciliam.

39 [15]56

Fundatum collegium inglostadiense: apertae scholae theologiae, et [4] Fundatum pragense collegium; scholae in theologia ac literis humanioribus apertae; concionantur nostri. Inchoatum collegium senense: docent nostri latine. Coloniense collegium auctum, missis professoribus theologiae atque

---

[1] Ms., *Ribaneyra.*

[2] Nadal scripserat *Carnelius,* sed ignota manus emendavit scribens *Carnerius.*

[3] Ms., Domechus.

[4] Sic sensu inexpleto: spatium ibi relictum pro duobus versibus scribendis.

artium liberalium. P. Bustamantius prouincialis fit Bethicae a P. Francisco, et D. Torres prouincialis Portugalliae ac confessarius reginae. P. Miron absoluerat triennium: missus est ad collegium valentinum. Vibonae in Sicilia est aedificatum ac fundatum collegium: | docent nostri ac concionantur. Cataniae item in Sicilia inchoatum collegium: legit vnus e nostris casus conscientiae. Concionatur Canus aduersus Societatem: satisfit verbo primo Hispaniae praesidi. Monteregianum collegium in Hispania inchoatum. Domus probationis Granatae constituitur. Creat P. Franciscus professum M. Baptistam Barmensem, vnum praeterea coadiutorem spiritualem ac vnum temporalem. Nauigat in Indiam patriarcha Ethyopiae, et episcopus Ouedius **40** cum P.Gonçalo et P. Francisco Enrichio, etc. Libere vouent obedientiam Societati 4 principes, 3 seculares, 4.us ecclesiasticus, quod volunt esse secretum. Coeperunt cantari vesperae in ecclesia domus romanae modulatione 4 vocum. Migrat ad Dominum Pater noster Ignatius vltimo die Iulii, post cuius obitum obseruatum est alacritatem spiritus esse in omnibus nostris passim excitatam post paululum stuporis cuiusdam ac doloris ad primum nuntium. | Creatur vicarius generalis Societatis P. Laynes suffragijs M. Polanci, D. Ollaui, M. Frusij ac P. Pontij, etiamsi hic non sit professus 4 votorum, sed trium tantum. M. Bobadilla aegrotans Tybure scripsit se futurum in horum sententia. 17 Augusti P. Ignatium secutus est D. Ollauius. Conuocatur 6 Augusti Societas ad conuentum generalem iuxta constitutiones celebrandum, et primo quoque tempore omnes iter aggrediuntur, **41** et Romam venient acceptis his literis. Euenit ut 3 essent Vallisoleti in Hispania prouinciales, P. Araoz, P. Stradius ac P. Bustamantius: praeterea P. Franciscus et P. Natalis: parabant se itineri reliqui. P. Franciscum censuerunt medici tam longum iter non posse conficere absque salutis detrimento: ex Portugallia Patres iter etiam sunt ingressi. Reliquis Patribus Hispaniae scripsit P. Franciscus vt nil morati item Romam proficiscerentur. E Germania duo Patres Patauium vsque peruenerunt; sed quum illae litterae priores reuocarentur 25 Augusti propter bellum inter Paulum 4 et Philippum regem catholicum

exortum, | et ad ver iuberentur adesse Romae Patres, alij redierunt ad sua ministeria, alij ab destinato itinere destiterunt. Solus Natalis venit Romam terrestri [1] itinere per Galliam, quo fuerat, iam antea quam audiretur de obitu Patris Ignatij, venturus. Pervenit Romam P. Natalis 2 Decembris. Literis Patris vicarii est significatum Societati, vt omnes Patres operam darent Romam vt peruenirent ad 8 dies post pascha, hoc est, ad 15 diem Aprilis plus minus.

42 [15]57

Venerunt Romam primum e Gallia P. Paschasius et P. Violas hebdomada sancta: dein e Germania P. Canisius, P. Gaudanus ac P. Lanoius: Colonia P. Leonardus: Louanio P. Adrianus. Postea venit P. Simon: postremo ex Sicilia P. Domenechus ac P. Vinchius. Ex Hispania nullus venit, sed miserunt [2] quemdam fratrem cum litteris, quibus multis rationibus excusarunt quod ad praescriptum [tempus] non possent adesse, multas praeterea causas proponentes, quibus sibi videbatur esse [3] potius generalem | congregationem in Hispaniam conuocandam. Haec primum literis cum accepissemus (nam morbus paululum Genuae fratrem detinuit) congregatis professis, absentibus adhuc P. Simone, Domenecho ac Vinchio [4], censuerunt reliqui non esse in Hispaniam eundum. P. Polancus, adductis in vtramque partem rationibus, incertae sententiae fuit. P. Laynes de re fere nihil dixit: tantum se dixit paratum vt in Hispaniam iret. Solus Natalis vehementer contendit in Hispaniam eundum, adductis multis causis [5].

43 Rursum eodem die de eadem re actum est, ac rursum in eadem fuerunt sententia reliqui Patres. Polancus nonnihil visus est in Natalis sententiam inclinare. Constitutum igitur est non

---

[1] Ms., *terresti*.

[2] Recte prius scripsit Nadal hoc verbum. Postea cancellavit syllabam *runt*, sed statim digito lineam delevit.

[3] Hoc verbum perperam repetitur infra.

[4] Ms., *Vnchio*.

[5] De his SACCHINUS, *Hist. Soc.*, part. II, lib. I, n. 67.

esse in Hispaniam eundum; sed illud additum, vt quandoquidem alia de re esset alloquuturus Pater vicarius summum pontificem, obiter de illa profectione attingeret aliquid, quo animum eius exploraret, nihil aliud. Pontificis igitur animus ex his conijci potuit, nam primum respondit: «Ite si velitis in Hispaniam»: subdidit: «sed quid estis acturi in Hispania? num ad schisma et haeresim Philippi vultis concedere?» «Nolumus», inquit subridens vicarius.

Dein paucis diebus, quibus [1] | venit Romam frater, quem miserat P. Franciscus, et aderant iam P. Simon, P. Domenechus et P. Vinchius, visum est de eadem re dici iterum sententias, tum propter nouas causas et literas, quas secum attulerat frater ille hispaniensis, et grauiores quidem quam, quae prioribus literis significabantur, tum quod non adeo aperte intelligebatur summi pontificis animus quin videretur integrum de eadem deliberare. Igitur, dictis Patrum sententijs (eramus enim omnes 14), P. Bobadilla et P. Simon censuerunt, nec eundum in Hispaniam, nec ea de re petendam licentiam a summo pontifice: P. Adrianus se probare senten **44** tiam Patris vicarij: P. Violas se in sententia esse plurium suffragiorum: Pater vicarius cum reliquis 9 magno consensu sic dixerunt: se et velle, et iudicare esse eundum in Hispaniam, si tamen id boni consulat ac probet summus pontifex: illi per vicarium esse primarias causas, quae nos mouerent, proponendas summa humilitate atque indifferentia: nos ad nullam partem inclinaturos, nisi quo intelligeremus Sanctitatem [2] Suam inclinare [3].

Haec detulit vicarius ad pontificem, qui omnia benigne audiuit, et familiariter cum vicario egit, non de nostris solum rebus, sed de suis etiam.

Euenerat tamen forte | vt infeliciter pugnarent galli cum hispanis, et dissidium praeterea ortum inter ducem guisanum et dominum Antonium Carrafam.

Illius animum a gallis auertebat, et ad pacem cum Philippo

---

[1] Ms., *paucibus diebus quibus quibus*.

[2] Ms., *Sanctitam*.

[3] SACCHINUS, loc. cit., n. 72.

potius inducebat: indicauit igitur primum se nostra opera velle vti ad pacem cum Philippo [1] conficiendam. De profectione vero in Hispaniam dixit se Domino id commendaturum in oratione, nos vt idem faceremus, et rediret Pater vicarius ad ipsum, consultis aliquot Patribus, qui sibi melioris viderentur consilij. Breuiter ita discessit vicarius, vt qui in maximam spem venisset facile consensurum pontificem vt iremus in Hispaniam [2]. Caeterum cum redijsset saepe ex constituto, nec admitteretur, tamen nulla adhuc poterat oriri suspicio quid esset cur [3] **45** tam cito immutatus videretur pontificis animus. Itaque vicarius non omittebat ad palatium ventitare, etiamsi non admitteretur.

Tandem euocatus a cardinali pisano, audiuit non placere summo pontifici vt in Hispaniam iremus: acciderat (vt opinor) rursus, quapropter a pace esset alienus pontifex; sed quum arbitraretur vicarius propter bellum nolle Paulum vt in Hispaniam Philippi regis proficisceremur, interrogauit cardinalem num consuleret vt rogaremus pontificem de profectione in Portugalliam. Id cum probaret cardinalis, reliquum visum fuit Patri vicario vt adhuc apud pontificem de hac profectione ageremus; itaque rursum ad palatium conueniebat vicarius. | Quum autem similiter atque prius non admitteretur, nec desisteret, ecce tibi vocatur a cardinali tranensi. Intelligit Paulum esse aduersus nos ac Societatem vehementer commotum, iubere vt nullus omnino e nostris Roma excedat: tum vt omnia diplomata apostolica, omnes constitutiones nostras ad se deferamus; velle se omnia intelligere, de omnibus iudicare: designasse 2 cardinales, ac romanum [4], qui omnia explorarent atque ad eum referrent. Mirati sumus omnes: nec constare omnino poterat cur tam seuere ageret pontifex [5]: sciebamus quidem illi, iam inde antequam vel episcopus esset vel cardinalis, non recte conuenisse cum P. Ignatio; sed postea tamen nostros

---

[1] Ms., *Phippo.*

[2] SACCHINUS, loc. cit., n. 72.

[3] Ms., *cur cur.*

[4] Prius scripserat Nadal: *cardinalem tranensem ac romanum;* postea, mutata litera *m in s,* scripsit *cardinales,* cancellavit *tranensem,* et oblitus est delendi *romanum* [sic, pro *reumanum*]

[5] SACCHINUS, loc. cit., nn. 76, 77.

benigne accepisse, iuuasse etiam nonnunquam eleemosynis. **46**
Memineramus quod in controuersia de Octauiano, adolescente neapolitano, sua auctoritas ac sententia non obtinuisset: fuerat enim, agente P. Ignatio apud Iulium 3.m, ab eo iudicium illius controuersiae ablatum atque ad alios delatum cardinales; sed tamen, postquam fuit renuntiatus pontifex, suauissime accepit P. Ignatium, ac iussit confidenter ad se adire, de se bene sperare; et certe postea priuilegium dedit nostro collegio romano vt doctores ac magistri in eo creari possent; et petenti P. Ignatio moribundo per P. Polancum plenissimam est largitus benedictionem atque indulgentiam.

Occurrebat quod dixerat post obitum Patris nos | amisisse nostrum idolum, nihil esse quod nostris constitutionibus vel bullis fideremus, velle se omnia examinare, omnia iudicare; sed tamen nihil hac de re egit postea: nostros semper benigne vidit: eleemosynas nobis et ipse et sui nepotes dederunt. Postremo nihil suspicari poteramus, quod illum tam fortiter, tam repente mouere aduersum nos potuisset; et omnia tamen boni consulebamus et interpretabamur ex bono pontificis zelo proficisci.

Haec cum ita haberent, resciuimus vnum e nostris sacerdotibus duo chirographa per duos cardinales obtulisse Paulo. Chiro**47**graphorum vna erat sententia siue accusatio, nos velle ire in Hispaniam vt sedis apostolicae siue iudicium siue auctoritatem vitaremus, ac liberius pro nostro arbitratu et generalem praepositum crearemus, et de constitutionibus transigeremus; prouideret sanctissimus dominus ne detrimentum Societas caperet. Haec fuit sententia chirographorum, quantum intelligere potuimus a cardinali romano [sic] ac cancellario, quibus data erant chirographa, qui etiam de ipsis ad pontificem retulerant. Qui conscripserat | chirographa, is erat Pontius [1]. Hunc sciebamus omnes grauissime laborasse superioribus annis ambitione professionis 4 votorum. Qua in re quum suum desiderium sectaretur obstinate, nec P. Ignatio obtemperare vellet, parum abfuit quin a Societate expelleretur. Concessit tamen illi P. Ignatius professionem 3 voto-

[1] SACCHINUS, loc. cit., n. 75.

rum: misit postea in Galliam in ministerium, vbi nihil aliud fere [fecit] quam cum magna aegritudi [ne] **48** conflictatus est; tamen seculare quoddam negocium matris magna diligentia in senatu aquensi confecit. Quum redisset Romam, ac obijsset P. Ignatius, visum est Patri vicario illum facere domus romanae ministrum: timebatur enim capitis eius durities, quae illi semper infuit singularis: timebatur pristina ambitio: sperabatur fore illum quietum in magistratu, cuius videbatur esse fortiter appetens. Hoc facto ministro paulo | commodiori vtebamur; sed obseruatum est eum pristino suo malo non solum non esse liberatum, sed importunius adhuc vrgeri, nam et a Patre vicario non semel petijt vt sibi concederetur professio 4 votorum: iussit Pater vicarius illum bene sperare: dixit nullum posse professionem emittere donec designatus esset generalis praepositus: illi suam operam est pollicitus. Non potuerunt haec sedare eius desiderium, cuius tam videbatur esse impotens vt auditum ab eo sit se, si non fieret professus, abiturum aliquo ne videret congregationem generalem. Quum vero Patres illi, de quibus dixi, venissent [1],

[EPHEMERIDUM PARS SECUNDA [2]

1553-1562

—

1553]

1 constitutionum propter festinationem, non enim erant exscriptum, et quas habebam institui ex antiquo exemplari facere

[1] Sic, sententia incompleta, explicit prima pars *Ephemeridum.*

[2] Vide dicta supra, pagg. 1 et 2 annot. 1, de hac altera *Ephemeridum* parte, cujus initium periisse videtur, ut perspicue liquet ex primis verbis folii 1, quorum sensus ex praecedentibus pendet, quibus principium suae in Lusitaniam missionis enarrasse videtur. Ea tamen supplere facile poteris ex iis, quae fusius ipse Nadal de hac expeditione scripsit in epistolis 53-60. Sensus vero hujus periodi imperfectae ita Natalem voluisse exprimere credimus: *Roma in Lusitaniam missus, non mecum deferre potui exemplar constitutionum, propter festinationem, non enim erat exscriptum, et, quas habebam, erant compendium, quod ex antiquo exemplari facere incoeperam. Hoc autem compendio usus fui dum exponerem examen.* Vide *Epist. Natal.,* I, 186, nn. 7, 8.

compendium, quod explicarem, si verum non reciperem interea exemplum, interea vt exponerem examen.

Euocaui statim P. Gonçalem Conimbria pro concionatore.

D. Torrensem, qui erat ad S. Foelicis [1] Misi Ioannem Paulum ad P. Franciscum si vellet venire.

P. Franciscus, dux Gandiae et marchio Lombai [2] fuit: hic motus religione Granatae, quum praeesset funeri augustae | vxoris Caroli 5.i, suscepit prouinciam Catholoniae vicerex [3], quam quum gereret[?], habuit consuetudinem cum P. Fabro et Araozio, et vehementer profecit in pietate et rerum spiritualium meditatione. Decedit a prouincia: venit Gandiam: ibi confirmatus ex morte vxoris, fecit exercitia, et elegit Societatis institutum, et vota, 2 Iunij 1546, et inchoat collegium gandianum: dat operam literis: creatur doctor theologus. Primogenitum et 2 filias collocat in matrimonium honestissime. **2** Facit professionem; verum ex concessione summi pontificis condicionatum ad aliquot annos.

Anno 1548 prima Februarij habuit Gandiae magnam consuetudinem cum monacho franciscano Taxceda [4], viro eximie exercitato in oratione.

Fuit Romam euocatus a P. Ignatio anno iubilaei 1550: eo venit, cultum adhuc retinens secularem. Voluit peregrinari Hierosolymam, quod dissuasit P. Ignatius. Multa milia dicitur Romae reliquisse ad inchoandam fundationem collegij: | construxit parietem, qui munit e via publica hortum romanum. Reuersus in Hispaniam secessit in Cantabriam iuxta Oñatum, vbi, aedificata domuncula, totus erat in oratione, mortificationibus, etc. Eo ad ipsum venerunt don Antonius a Corduba, don Sanchius a Castella, P. Bustamantius et alij, et eius instructione factis exercitijs, elegerunt Societatis institutum. Hinc concessit Burgos, quod noceret eius valetudini loci illius humiditas, iam enim molares dentes amiserat, etc. Hanc tamen migrationem **3** fecit non

---

[1] Sententiam imperfectam reliquit auctor. Quae dicere voluit probabiliter ea sunt, quae ipse scripsit in epist. 54, n. 11. Vide *Epist. Natal.*, I, 177

[2] Ms., *Gombai.*

[3] In margine: *1539.*

[4] Sic, pro *Texeda.*

probante Araosio, cui videbatur illum potius debere contemplationi dare operam quam actioni.

Burgis erat P. Franciscus, quum ego ad illum misi Ioannem Paulum, et inuitaui ad Lusitaniam. Venit cum Bustamantio et Bernardo. Eius auctoritas summopere iuuit res Portugalliae.

Exposui examen et aliqua ex constitutionibus. Confirmati omnium animi vehementer: fit summus concursus ad conciones. Auctum est collegium vlissyponense, addito | professore linguae graecae et rethorices. Conficitur vt suscipiat rex et ciuitas collegij curam.

Recepi literas a P. Ignatio, 5.° (?) [1] mense quam discesseram, et constitutionum verum exemplum. Fundatur domus professa ad diui Rochi. Fiunt professi 4 votorum don Gonçalo, qui martyr fuit, Antonius a Quadros, qui est Indiae prouincialis, et Gonzalius Vazius, qui est mortuus prouincialis Lusitaniae. Factus est coadiutor formatus, et 2 ediderunt vota scholasticorum: alij sequebantur, qui repraesentabant nouitios: haec coram rege, etc. Habui ego concionem victus importunitate nostrorum, quae male cessit. ¶ Syndicationes concionis meae.

Egi cum aliquot desertoribus libere et confidenter: neque volui illorum causas audire: tantum dixi, si vellent redire, me ea de re cum ipsis acturum.

Quanta simplicitate egimus Miron et ego apud regem.

Quomodo Miron agebat de rebus indicis cum nostris. P. Franciscus concionatur cum laude. Alitur a rege, ac dominus. Edit ludum chartularum spiritualem. Conuenit inter nos vt praeiret P. Franciscus Cordubam, dum ego visitabam Conimbriam et Eboram: | rursum dedi illi Ioannem Paulum comitem. Emi mulam et mulum, illum Ioannis Pauli, etc. Discedebamus Miron et ego absque pecunijs. Dedi constitutiones, dedi regulas, addidi quae videbantur vtiles, et sunt ordinata quae praeterea videbantur.

---

[1] Non clare discerni valet quid hoc loco scriptum fuerit. Ex epist. 58, n. 7, nostra lectio commendari videtur; a mense enim Aprilis, quo Nadal Roma discesserat, ad Septembrem, quo epistolae Ignatii ipsi Ulyssipone datae fuerunt, quinque circiter menses effluxerant.

Collationes multae habitae a prandio, quae non fuerunt inutiles [1].

5 v CONIMBRIAE, PRIMO

Hic serio habui exhortationes, et examinaui: audiui generales confessiones: fuerunt vota renouata. Instituta est domus probationis. Magna alacritas et confirmatio in fratribus. Habitae collationes non infructuosae. Ordinata domus, datae regulae, relictus Miron vt ea exequeretur, quae dixeram. Ego cum Godinio Compostellam [veni], quod dixerat P. Ignatius, vt agerem [de] collegio, quod illic erat **6** iam aedificatum, et cupiebat cardinalis compostellanus dari Societati. |

AD S. FELICIS ET S. IOANNIS MONASTERIA

Intellexi dificultates, quas habet Societas in illis monasterijs, et vidi esse necessarium vt Societas leuetur cura illa animarum vel dandi parochos. Vidi item esse dificile illic viuere nostros, etc. [2].

7 v COMPOSTELLAE

Primo die male habui, vt putarem non me quicquam postrjdie [acturum]; et tamen bene habui. Singularis consolatio spiritus, et lux quaedam in templo S. Iacobi. Egimus de collegio; verum exiguam spem concepimus. Redijmus Coninbriam.

8 CONIMBRIAE, 2.°

Ibi inchoaui dare instructiones, quas fere semper dedi respondens dificultatibus, quae mihi proponebantur, vel quas ego ex visitatione colligebam. Hic nihil erat dificile P. Leoni; erant Mironi: postea ille [3] vehementer dubitauit, cui fuit necessum absenti respondere [4].

---

[1] Fol. 5 r. vacuum relictum est.

[2] Nil in fol. 7 v. scriptum fuit.

[3] Ms., *illi*.

[4] In fol. 8 v. nil scriptum fuit.

9 VLYSIPPONAE, 2.°

Redierat Ioannes Paulus. Actum cum infante D.no Ludouico de applicatione collegij regij conimbriensis Societati, quod laboret rex in praeceptoribus reperiendis. Non est transactum. Transactum apud regem de missione in Ethiopiam. Breuiter restituta visa sunt omnia in Lusitania, vt potius videretur fuisse illa necessaria purgatio et salutaris, quam | attulisse aliquod detrimentum Societati. Gloria Deo, etc.

10 EBORAE, 2.°

Exercui munus visitationis. Actum de collegij fundatione cum cardinali, et quoad licuit transactum est. Inchoatae lectiones humaniorum literarum et casuum conscientiae. Ibi inchoauit docere rethoricem Perpinianus: Marcus Georgius casus conscientiae [1].

11 CORDUBAE

In itinere periculum Ioannis Pauli in transitu fluminis. In descensu ad vrbem vehemens cogitatio meae ineptitudinis ad ministeria Societatis, etc. Actum de fundatione collegij et vniuersitatis cum D. Ioanne: consultum visum est vt ab fundatione ne excludere videremur ciuitatem. Illa adhibita ingessit miram dificultatem; nam, quum nihil polliceretur, miras obligationes | et impedimenta obtrudebat: itaque nec D. Ioannes atque nec P. Franciscus potuerunt [2] tenere patientiam. Reliquit me P. Franciscus. Bustamantius et P. Antonius venerunt ad marchionissam. Egi solus primum cum M. Auila: confectum est negocium; sed adiecta illa conditione, vt dotato collegio se obligaret Societas vt sibi videretur, nam dixi constanter Auilae me non consensurum, nisi hoc adiiceretur, etc.

Confecta est scriptura fundationis tabellione Patris M. Toleti, sub nomine Nabal [*sic*]; quod ego nolui expungi. Dedit amplam illam domum don Ioannes: inceperant docere **12** in domo decani,

[1] Fol. 10 v. vacuum remanet.

[2] Ms., *potuerint*.

vbi magna [1] cum solemnitate publicaretur actus fundationis: noster coadiutor palliatus consedit in primis subsellijs, quae fuit grata simplicitas don Ioanni et primatibus.

1554

Egimus P. Antonius et ego cum Auila, aperte audisse nos eum cogitare de Societate: dixit se cogitasse quidem, et nihil sibi videri dificile, nisi quod negocium et laborem facesseret Societati, propter eius tam afflictam valetudinem. Significauimus non fore illud dificile: intellexi | fuisse ad nos venturum, si id curasset Bustamantius.

Familiariter egi cum hoc bono Patre: disputaui etiam acriter contra opinionem Soti, quod ordo correptionis euangelicae non esset seruandus in crimine haereseos: conquestus est apud me quod non reciperemus, qui ducunt a iudaeis originem; se id scire de Araozio et Mirone. Respondi ita non esse; sed habere nos delectum in illis recipiendis. Quum hoc confirmarem, et videretur tamen non moueri, dixi libere posse rem affirmare vt erat: facere vt ille crederet, id me non posse; alioqui **13** si quem haberet idoneum ex illo genere, illum offerret: repraesentaturum me re, quod verbis affirmassem. Proposuit Santander: recepi illum, et duxi mecum Complutum.

Hic intellexi ex literis Araoz et P. Francisci delata esse exercitia apud inquisitores. Scripsi ad Araoz acrem epistolam, quam posset exhibere legendam, quibus vellet. Illa epistola id agebat, nos exercitia esse defensuros, non iam vt nostra, sed vt a | sede apostolica confirmata.

Renuntiaui P. Antonium rectorem collegij: quod quum audirem aegre ferre bonam marchionissam, respondi ad probationem esse designatum P. Antonium rectorem [2] ex consuetudine P. Ignatij. Marchionissa iuuabat non mediocriter collegium: nec tamen patiebatur se pro benefactrice nominari. Concio Bernardi ex tempore, etc. Visitaui: vota renouata.

14 Hic, in cubiculo suffulto storeis stramineis ad parietem,

---

[1] Ms. *magnam.*

[2] Ms., *rector.*

interrogaui P. Franciscum de visionibus fratris Taxeda, id est de papatu, etc. Dixit mihi illa infusa [?] esse.

Negaui constanter M.tro Auilae P. don Diegum Gusmanum et doctorem Loartum, quos petebat pro episcopo pacensi, vt docebant doctrinam xpianam., quod ministerium industrie et fructuose gerebant: intellexeram vtriusque historiam et definieram apud [me] illos Romam ducere, quod et feci. Tunc dixi: «no quiero ganar almas, etc [1].»

15 Toleti

Venit mecum bonus ille licentiatus Lopez cum Sanctander. Agebat conuentum [*sic*] theologorum de apologia contra decretum archiepiscopi Silicei edita Luteciae. Ibi quum audiret doctor Cuesta male audire exercitia, et esse qui diceret esse in illis haereses, «per Deum (inquit) mendacium est quod sint haereses in exercitijs, nam ego illa vidj.»

Salutaui archiepiscopum nomine Vegae, | qui erat illi amicus: rogauit cuias essem: quum audiret maioricensem, quaesiuit an essem lullista [2] (quod intellexi fuisse): negaui. «Quot, inquit, estis in Societate?» «De professis (inquam) possum respondere: de aliis non item.» «1500 estis: ego scio. Habetis viros nobiles aliquot et doctos, et aliquos mihi familiares, P. Franciscum et D. Torrem. Toletum, si velitis, venite, ad me venite; sed hac lege, vt recipiatis decretum contra neophytos.» Dixi nos [3] illud non posse, sed simplicissime, vt non fuerit offensus. **16** Hic bonus archiepiscopus erat alieno animo a Societate.

Edicto interdixerat prius nostris ne in suo archiepiscopatu

---

[1] Fol. 14 v. purum relictum est.

[2] Id est Raimundi Lullii assecla. Natalem ante initam Societatem Lullianae scholae addictum fuisse assertum vidimus a D. Josepho Quadrado, *Epist. Nadal,* I, 28, annot. 2. Quonam id fundamento innixus id scripserit ille auctor, ignoramus. Illud certum est ex *Chron. Natal.*, n. 29, eum ad domum Trinitatis secessisse ut studiis operam navaret. In illa autem domo jam a multis annis studia lulliana floruisse passim affirmant scriptores majoricenses. Vide Lafuente, *Historia de las universidades... en España,* t. I, cap. xii et xxviii.

[3] Ms., *non.*

possent concionari vel ministeria sua obire. Deterritus tandem a nuntio Poggio, qui acerrime tandem illi minatus est, reuocauit edictum. Aduersus hunc Iulius 3.us misit acres literas, quas non oportuit dare: redierat iam antea ad officium. |

COMPLUTI, 2.º

Non longe aberamus, quum prae magnitudine [1] non potui ore recipere votum Santander: nec mirum; veniebat tunc primum e seculo, etc. Habui exhortationes: visitaui, etc.: intellexi missos fuisse a Villanoua, quos dixeram. Interceperat 400 △ Villanoua, qui erant Romam destinati: quod ego aegre quidem tuli, et significaui per Bustamantium, et tamen non repetij. **17** Egi de collegio conchensi per Villanouam cum canonico [2] a Puteo: inchoatum est: confirmatus animus doctoris Vergarae.

Intellexi Araoz expunxisse τὸ «etiamsi esset» ex 14 regula, quae vltimo extant in exercitijs: deterritus scilicet a doctore Cuesta, et substituisse «etiamsi sit».

Intellexi scripsisse doctorem Torrem, qui professor erat theologiae, pro exercitijs [3], doctorem etiam Vergaram pro exercitijs sententiam dixisse. Effeci vt D.nus Hieronymus Viuerus a collegio separaretur. | Misi Placentiam P. Villanouam, vt ageret de collegio cum episcopo.

18 VALLISOLETI, PRIMO

Hic est expedita prouisio collegij romani ad 6000 △ ex iure P. Francisci, ex 1500 △ duchissae et ex 1000 episcopi Schirachij, et ne obolum quidem ex collegijs. Eo venit Herrera, quem receperam Compluti, et iam tum mihi displicuit non mediocriter. Rodoricus Gomez recepit numeraturum se eam pecuniam Romae, prout 1500, quos ego tuli | in numerato, quae tamen duobus annis non est data nostris; verum addidit ipse 500, vt damnum morae refunderet. Hic plenius intellexi de exercitiorum delatione: esse delata a quo[dam] praesentato dominicanorum Pedrocho, qui

---

[1] Sic, sensu incompleto.
[2] Ms., *cononico*.
[3] Ms., *exercitij*.

inter suos edidit librum contra exercitia [1]. Veni ad D. Diegum a Corduba, qui fuerat in Sicilia syndicus, et erat cooptatus in summum concilium inquisitionis: is est professus esse quidem delata exercitia, simul videri ab inuidia profectam **19** illam delationem. Rogauit vt concederem illj videnda exercitia: non concessi, sed plane dixi, si vellent contra illa agere, nos esse illa propugnaturos, non vt nostra, sed vt a sede apostolica legittime confirmata, quod ipsi scirent: non est res vlterius progressa [2], et tamen vehementer de hac delatione exercitiorum nostri trepidauerant.

Coepit agere P. Franciscus cum commendatore Moschera de domo simanciana, quae erat ad omnes commoditates opportuna. | Actum est de collegio Montis Regij, vnde postea fuit inchoatum.

20 PLACENTIAE

Egimus Villanoua et ego cum episcopo de fundatione collegij, et transegimus: remansit illic Villanoua, ut rem promoueret. Inchoatae sunt lectiones. At quando ego decessi, missus est rursum eo P. Villanoua, vt praeesset fabricae; vnde existimatur morbum contraxisse, ex quo mortuus est bonus Pater [3].

21 SALMANTICAE

In hospitio famelicos duos monachos franciscanos inuitaui ad prandium, etc. Visitaui: habui exhortationes. Ibi fuit emendata illa percussio mensae ad principium et finem prandij et coenae. Ibi intellexi de Cani in nos offensione et maledictis; et tamen euocatus ex Portugallia Strada eodem tempore fuit celebris, et attulit singularem fructum animabus. De Cano rursus dicam. | Respondi et hic multa, quae habebantur in primis instructionibus. Accepi itineris socium M. Emanuelem de Saa, qui mecum venit Romam.

22 AUILAE

Volui illud principium videre, quod fecerat P. Ferdinandus

---

[1] Vide POLANCO, *Chron.*, III, Appendices.

[2] Ms., *progressu.*

[3] Ms., *est mortuus est bonus Pater.* Fol. 20 v. vacuum remanet.

Aluares: erat sane exiguum; ex quibus[dam] eiusdem Patris beneficijs; habebant tamen iam ecclesiam et domum, etc. Visitaui etc [1].

23 METYMNAE

Erat quidem ibi principium, quod fecerat Rodericus Duegnius: illjc tamen non habitabant adhuc, sed iuxta domum Antonii Acostae [2]. Visitaui, etc. Hic erat rector Seuillanus [3], qui plane erat laicus, et sacerdotes [4] cum auctoritate facile illi suberant propter hominis pietatem et industriam: dixi vt sacris initiaretur. Hic fuerat socius P. Villanueuae in initio collegij complutensis, dein doctoris Torris in initio salmantini. Acceperam literas a P. Ignatio, quibus praescribebat vt diuiderem prouinciam P. Araozij in 3: Castellae, Bethicae et Aragoniae: designauit prouinciales: et vt renunciaretur | commissarius Hispaniarum et Indiarum P. Franciscus. Visum fuit congregare Metymnae Patres Franciscum [5], D. Torrem, Stradam, Araosium, Bustamantium. Accepit nos omnes suo sumptu etiam domo liberaliter Antonius Acosta. Publicata est voluntas P. Ignatij: renuntiati P. Franciscus commissarius, P. Araozius provincialis Castellae, D. Torres Beticae, P. Strada Aragoniae. Et tum, quum nullo pacto vellet Strada **24** suscipere prouinciam, accepi consilium dandi illi P. Baptistam Barmam substitutum, quod tum videbatur quidem gratum Stradae; sed deprehendi postea fuisse ingratum.

Araoz tantum fuit nobiscum vna nocte: postridie dixit se reuocari serijs de causis. Visus est aegre tulisse illam diuisionem. Datis instructionibus dimissus doctor Torres in Bethicam cum Bustamantio pro initio collegij hispalensis. | Acceperat Bustamantij professionem, me inscio, P. Franciscus Tordesillis: liceat [?] enim Bustamantio professo [?] esse [6] per P. Ignatium; sed

---

[1] Fol. 22 v. album relictum.

[2] Ms., *Antonium Acostam.*

[3] Ms., *Siuillanus.*

[4] Ms., *sacerdotibus.*

[5] Ms., *P. Metymnae Franciscum.*

[6] Obscure haec periodus exarata est. Sensus vero satis perspicue apparet.

uisus est P. Franciscus timuisse ne ego impedirem, quod vix esset egressus 2 annos probationis Bustamantius. Datum est negocium D. Torri vt retineret Granatae P. Aluarez, qui dederat domum et nescio quae praeterea Societati. Postea eo est missus Salmantica P. Auila, qui euasit quidem insignis concionator, sed obijt breui: de peregrinatione don San**25**chij a Castella: del Talabarte: de mulione qui inuenit suam clitellam: de Bernardo socio P. Francisci. Metymnae concionabatur P. Baptista cum magno spiritus feruore. Attulerant eius conciones magnum fructum conscientiae auditorum. Intellexi actum esse de profectione Araozij cum Philippo, et prae se tulit ipse propterea non esse profectum, quod locus illi maior potuit quam pro theologo, etc [1].

26 TORDESILLIS

Ibi habitabat frequens [?] P. Franciscus, vt experiretur an iuuari posset regina Iohanna. Vidi mysterium reginae. Ibi contuli cum quodam nobili bethico de litteris hebraeis [2], quod ita vellet P. Franciscus. Liberius locutus sum ter [3] sedenti in lecto, si galerus eueniat, amplius non confisurum me esse nobilitatem in lege X.i sitam in medio foro, si quis velit fieri nobilis [4]. | Huc venit doctor Torres, et hinc dimissus est in suam prouinciam. P. Franciscus serio agit de domo simancana; quod negocium paulo post quam ego discessissem confecit: reliqui illi Ioannem Paulum, quem plane me relinquere [in Hispania cupiebat], quod ego non feci [5]. Fuit graue P. Francisco suscipere illud onus, et illud praecipue testatus est, et contendit se non accipere curam animarum: cui ego ita respondi [ut] significarem non posse administrari illam prouinciam absque cura animarum. **27** Dixi P. Francisco discedens vt curam gereret eius partis, quam ego visitaueram; scriberet tamen ad me donec sciret me esse in Hispania. |

[1] Fol. 25 v. vacuum relictum fuit.

[2] Ms., *haebreis*.

[3] Ms., *3*.

[4] Vide epist. 67.

[5] Non clare apparet hujus clausulae sensus. Videtur tamen hoc significare auctor voluisse, quod intra uncinos addimus. Vide infra, pag. 30.

VALLISOLETI, 2.°

Visitaui, tametsi pauci erant; non audiui tamen Araozij confessionem generalem. Reliqui tamen illi familiarem et secretam instructionem, in qua admonebam ipsum nominatim earum rerum, quae in ipso notabantur. Habebant hic in cubiculo magnam copiam confectionum, etc. Dixi hic et in Portugallia ne acciperetur quicquam huiusmodi vel omnino cibi delicatioris, nisi erat illud pro infirmo aliquo in praesentia necessarium [1].

28 v PALENTIAE

Ibi aliquod initium iecerat P. Ferdinandus Aluarez. Res erat admodum debilis: erant duo: aliquem fructum afferebant: soror Vegae id voluerat esse principium. Visitaui, etc. Dixi quae videbantur [2].

29 v TREUINIJ

Ex itinere veni cum P. Emanuele ad hoc oppidum, propter quemdam ludimagistrum Peream et Sandoualum, filium ducis naiarensis, quos intellexeram spectare ad Societatem. De ludimagistro res non erat matura: de Sandoualo erat; nam, quum antea non potuisset a patre impetrare licentiam, tunc receperat commodum. Hunc abduxi Onnatum [3].

30 v ONNATE

Hic erat P. Michaël, nauarrus, qui existimabatur habere gratiam sanitatum. Sanauerat aliquot Tyburi: sanauerat Roma P. Polancum ex vehementi febre in hac regione, et in itinere ad patriam multos. Erant incommodissime, diuiso horto per solam sepem a vicinis [4]. Habebant quidem nescio quot onera pomorum ex donatione, quae tum quod essent antiquitate cantabrica, aesti-

---

[1] Nil scriptum in fol. 28 r.

[2] Fol. 29 r vacuum remanet.

[3] Nil in fol. 30 r. scriptum est.

[4] Ms., *vicini.*

mantur nescio quanti [1], **31** an duobus milibus; quos ego reditus censui vendendos; verum id non ausi sunt facere propter notam, quae videbatur prouenire illi, qui legauerat. Visitaui, etc.; et collegi rationem, qua posset illud collegium fundari, si coniungeretur collegium episcopi maioricensis Societati, quod arbitrabar posse curare vel etiam conficere Araozium. Dixit mihi orationes, quibus solet vti in curationibus suis P. Michaël: visus fui nonnihil subito melius habere, etc [2].

32 LOYOLE

Fuit mihi gratissimum videre natale solum et domum P. Ignatij. Salutaui don Ioan de Borgia, filium P. Francisci, qui duxerat vxorem donnam Laurentiam neptem ex fratre P. Ignatij vnicam et haeredem domus loyolanae. Hic vidi locum vbi natus est P. Ignatius, qui locus erat conuersus in culinam: quod mihi visum est indignum. Concessi don Iohanni P. Cassellam, quem | P. Araozius quasi capellanum [postulaverat?]. Nihil plane egit P. Ignatius ad conficiendum matrimonium hoc, atque adeo intellexi ego fuisse illi ingratum, et mihi quidem dixit: «Dios no les aiudará.» Habuerat animum serium ad Societatem don Iohannes, et erat pollicitus collegio romano 500 △; sed illud propositum mutauit, hoc non potuit explere.

Hinc discessi Caesaraugustam, et ex itinere salutaui D. Moscosum, episcopum pampilonensem, qui erat in visitatione: **33** dedit aliquam spem erigendi collegij Pampilonae. In eo pago decubuerat [3] P. Ignatius 8 [4] dies, quum vulneratus domum reportaretur Pampilona [5].

34 CAESARAUGUSTE

Huc euocaueram P. don Diegum et doctorem Loartum, vnde misi Barchinonam vt conscenderent triremes.

---

[1] Nota a Natali hic adhibita significat alias *quod;* hic autem sensus *quanti* postulare videtur.

[2] Fol. 31 v. nullam habet scripturam.

[3] In ms. repetitum est hoc verbum.

[4] Non clare apparet an *8* vel *18* scriptum fuerit. Probabilius putamus *8* legendum esse.

[5] In fol. 33 v. nil scriptum fuit.

Rojas cui hic superior [1], ipse non sat firmus in vocatione, a qua postea discessit, sed agebat interim bona fide. Egi de negocio dominae Aldonsae, et eius donatione: dixi P. Ignatium cessisse donationi; et tamen ad illum me daturum literas, etc. Erant pauci illi nostri incommodissime, sed confirmaui locum non deserturos: id me curaturum apud P. Ignatium. | Retinui quemdam fratrem, qui fuerat quidem eremita, sed non cum monachali habitu, etc. Inde discessi Cuencam.

35 CUENCHE

Ibi praeerat Alonsus Lopezius. Egi cum canonico a Puteo, cum tamen postea fuit mutatus animus; verum obtinuimus eius domum, vbi canonicus Marchina aedificauit collegium. Egi cum doctore Vergara [2] de applicatione praestimoniorum, et vt viuerent eius nepotes, non cum nostris, sed in proxima domo. Visitaui, etc. Inde veni Valentiam [3].

36 VALENTIAE

Ibi praeerat P. Baptista Barmensis. Visitaui, etc. Constitui de emenda proxima domo. Egi cum Verdolai, qui non adhuc erat maturus, sed quum maturuisset postea et fuisset receptus, redijt tum ad suum institutum; adeo non cedunt bene in monachis dispensationes. Omnes fere aegrotabant e catarrho. Ego cum similiter aegrotarem, tamen omnia obibam, vnde a quadam matrona primaria [4]: non est enim vtile vt sint adeo robusti superiores. Collegi illos 1500 △, | quos tuli Romam cum commeatu principis sororis Philippi, quae, mortuo marito, principe Portugalliae, gubernabat Hispaniam [5].

---

[1] Sic perspicue. Fortasse voluit auctor scribere: *cui hic superioris munus commissum fuerat.*

[2] Ms., *Varga.*

[3] Nil scriptum est in fol. 35 v.

[4] Sic, sententia imperfecta.

[5] Fol. 37 r. vacuum relictum est.

37 v GANDIAE

Visitaui, etc. Ibi doctrinam xpianam. docebant in classe, quo conueniebant pueri, puellae, viri, mulieres. Habebant ceremonias aliquas in officijs diuinis proprias. Hic intellexi errorem aedificij, quod nullus curasset cum aedificaretur, etc. Mutauerant rationem, quam tenuerant prius, quam acceperant (opinor) a monacho illo Taxeda, etc. Displicuit mihi quod retinerent curam **38**
deniensis parochi, etc. Inde veni Mursiam [1]. Iam acceperat domum simancanam P. Franciscus, me inconsulto: iam illic instituerat domum probationis. |

MURSIAE

Ibi erat Baptista Barma. Visitaui. Confecimus sat commode de fundatione collegij. Vidjmus eremitoria et secessum, quem pa rauerat P. Francisco. Inde Alicantum, vbi expectabant me cum pecunia Gous et Ioannes Paulus. Erat nauigaturus in Italiam D. Bernardinus quattuor triremibus.

39 NAUIGATIO EX HISPANIA IN ITALIAM PRIMA

Conscendimus cum pecunijs M. Emanuel et ego, nec vlla ratione potuimus obtinere vt Ioannes Paulus et Gous admitterentur. Conscenderant in praetoriam don Diego et Loarte, et longe honestius quam nos fuerunt accepti. Venimus Saloum [2]: inde quum Barchinonam venissemus, metus a ciuitatis tormentis aeneis, quod deiecerat don Bernardinus vexillum triremis commendatoris maioris [3]. Inde Saloum rursum, | vnde ego solus terre-

---

[1] Sic pro *Murciam,* hic et infra.

[2] «SALOU: Aldea y puerto habitado para el comercio al estranjero y cabotage en la prov., partido judicial y diócesis de Tarragona.» MADOZ, *Diccionario geográfico.*

[3] «A 20 de Setiembre, hallándose en el Muelle de Barcelona dos Galeras del Comendador Mayor Don Luis de Zuñiga y Requesens, entraron quatro Galeras del Rey, cuyo General era Don Bernardino de Mendoza: el qual dixo al Capitán de la Capitana de Requesens, que sacasse su Estandarte: escusóse con que era de la religion de Santiago: Embistió Mendoza con las quatro Galeras, entró en la Capitana, echó en mar el Estandarte, y llevóse al Patrón Antonio Miguel, y á otros Oficiales de la Galera, á la suya. Sintió

stri [1] itinere Barchinonam. In hospitio summum periculum a piratis cum Tablare. Inde periculum quidem minus, summus tamen metus in monte Garrafo, et praesertim Tablaris, qui, etc. Vix tempestiue veni vt possem conscendere triremes: in ipso ascensu praeceps, periculum ne in mare caderem. Soluimus ex Hispania in die S. Michaëlis. Post Massiliam, seua orta tempestate, dissipauit **40** triremes, etc. Periculum, quod in eum locum tenuimus primum portum, vnde pridie discesserat classis gallorum. Horror et metus vt vellem omnino descendere. Venimus Ienuam [2] incolumes omnes. Ego tamen admodum afflictus ex nauigatione. Inde Romam cum aliquot coronatis: reliquos misimus per litteras mercatorum. Volui proficisci deuotionis ergo Lauretum; sed quum vrgeret P. Ignatius vt continuo et recta Romam venirem, non fui ausus. | Hic vidi P. Laynes, qui concionabatur magna cum celebritate et fructu. Ibi fecit Xpophorus. Mendoça vota 4; fecit, inquit, 4 vota [*sic*].

41 ROMAE EX HISPANIA, PRIMO

Veni admodum gratus P. Ignatio. Syndicatio ex Hispania: «sería bueno para médico, bonito, gratioso y bien hablado; mas le querríamos otra vez.» Tablares: «Sat celeriter nauigabunt triremes si nauigat in illis Natalis.» Lodouicus Gonçales minister. Loquitur P. Ign. in primo tono [3].

1555

Voluit P. Ignatius me eligere vicarium, qui illum iuuarem in gubernatione, propter | infirmam valetudinem. Nescio ego an suam voluntatem significasset conuenturis. Hoc scio, quod con-

---

el agravio Don Luis de Requesens, que estava en su casa: llamó á sus Parientes y Amigos, que con grande sequito determinaron entrar en las Galeras de Mendoza. Viendo el disturbio el Virrey, mandó detener en su Galera a Mendoza, al Comendador, al Conde de Aytona, y a su suegro D. Miguel Gralla en sus casas: Recibió información del sucesso, y remitióla al Cesar, y al Príncipe.» FELIU DE LA PEÑA. *Anales de Cataluña,* III, 193.

[1] Ms., *terresti*.

[2] Sic, pro *Genuam,* hic et alibi.

[3] Vide paulo inferius, et annot. 77.

uocaui et domesticos et collegiales, sacerdotes omnes, praeterea laicos domesticos, et dictis suffragijs, eligerent vnum, qui vices gereret et adiuuaret P. Ignatium: omnibus suffragijs (si recte memini) elegerunt me. Praeerat vero conuentui Bobadilla, quem voluit ab suffragio passiuo exclusum P. Ignatius. Commisit P. Ignatius postea Bobadillae [1], Polanco, mihi et paucis praeterea vt consuleremus **12** inter nos quod nomen daretur officio [2] quod mihi erat impositum. Fui ego auctor vt nullum; quum alij vicarium vellent, alij commissarium generalem: mea erat haec ratio, nihil magis esse necessarium Societati quam generalis praepo[siti] auctoritatem, eam nulla ratione debere debilitari, etc. Incoepi gerere negocia: venire ad me ministrum Gonçalum et P. Polancum, etc. Offendi P. Ignatium mea | importunjtate et irreuerentia, quum tempus orationis contenderem augendum esse, etc. Nil tunc dixit; sed postridie acerbe [3] coram delectis me reprehendit: postea non admodum vsus est mea opera. Poenitentiam dedit enim ministro, vt loqueretur sibi cum primo tono [4]. Edidit eo tempore modum agendi cum superiore, existimo propter meam immodestiam vel importunitatem; et tamen hoc tempore multa sunt, me referente, domi immutata. De inuentione tonorum. Et huc attinent, ea quae quater**13**nione α [?] [5] sunt annotata.

Emerat P. Ignatius vineam ab Alexandro hebraeo, neophyto, et aedificauit domum ex consilio M. Alexandri: existimauit esse sano loco. Erat Romae don Theotonius, qui non placebat P. Ignatio, et ipse facile perturbabatur: residebant in ipso reliquiae ex dissidijs praeteritis P. Simonis: exhibuit negotium P. Ignatio. P. Simonem intellexi fuisse Romae admodum perturbatum, quod non posset sibi persuaderi non fuisse illi factam iniuriam; non fuisse credendum delatoribus, etc. Eo res euasit, vt domo iuberet | [exire] Simonem Ignatius, nam noluit stare iudicibus

[1] Ms., *Babadillae.*

[2] Ms., *officium.*

[3] Ms., *acerbe me.*

[4] Haec enucleatius ab ipso ministro explicata vide in *Epist. Natal.*, I, 37, annot. 3.

[5] Non clare discerni potest an α, vel aliud simile hic scriptum sit.

domesticis: appellabat ad carpensem [1] protectorem: erat suspicio, quod impetrasset breue exemptionis, et (opinor) fuisse hoc compertum. Tandem eo ventum, vt petenti fuerit concessa peregrinatio hierosolymitana. Eo tamen non nauigauit, sed, probante P. Ignatio, haesit primum Venetijs, dein Patauij, demum Basani in secessu P. Gasparj.

Erat futurus conuentus imperij Augustae: ad illum designauit **44** Iulius legatum Moronum: hic petijt duos theologos a P. Ignatio, id etiam volente Iulio. Designatus fuit P. Laynes: 2.us (opinor) fuit futurus P. Salmeron, nisi veritus fuisset P. Ignatius offendere animum Moroni, qui ex rebus mutinensibus praeteritis credebatur libertati Salmeronis infensus: designatus sum ego.

Antequam Roma discederem, serio egimus et confecimus fere apud Iulium vt Societati concederet [facultates] quasdam insignes et vtiles valde: concesserat iam Puteus cardinalis: aliud | nihil desiderabatur quam vt Puteus referret ad Iulium: non solicitarunt Puteum vt referret antequam in morbum eum incidit, ex quo mortuus: iudicauit alienum esse tempus ille, nec retulit; itaque illas facultates nunquam impetrauimus: extat adhuc supplicatio domi. Illud etiam hoc tempore accidit, (opinor) ante electionem, de qua dixi superius. Voluit P. Ignatius inquirere de mea gubernatione siciliensi, et de ea re nominatim quod nimium essem praeceps et violentus ac importunus: indixit congregationem 40 sacerdotum: acriter dixit de me P. Cor**45**nelius, etc. Ego fui, quum dicerem, compunctus; et plane sum confessus meam deploratam infirmitatem.

Dixi P. Ignatio de voto illius, cui sum locutus in transitu cum Tablare, et commutatum in Societatis sub niceno nomine: missum est breue, etc.

Dixerat mihi P. Ignatius tria se desiderasse a Deo consequi: Societatis confirmationem, editionem constitutionum, et exercitiorum approbationem. Haec quum ego meminissem, et dixi [sset: ?] «in spiritu modo eram ego altior», | sumpseram occasio-

---

[1] Scilicet, ad cardinalem de Carpi, Societatis protectorem.

nem rogandi eum scriberet, quibus medijs eum Deus iuuisset: id quum primum veni ex Sicilia, 2.° item quum ex Sicilia redij, 3.° idem vrsi hoc tempore, etc. Id fecit per Ludouicum Gonçalez.

46 2.ª MISSIO, QUAE FUIT PRIMA IN GERMANIAM

Quum me deducerent officij gratia P. Luis Gonçales et D. Theotonius, ita egi cum hoc, vt fuerit tunc reconciliatus P. Ignatio; verum non fuit diuturna haec reconciliatio, nam quum redijt ad pristinas dificultates, coactus fuit tandem [1] P. Ignatius illum a Societate amandare.

Dixi P. Lodouico Gonçalo nihil se vtilius Societati facere posse, quam si P. Ignatij valetudinem curarent, vt posset Societatem quam diutissime gubernare. |

Venit mecum Ionas bauarus. Repperi P. Laynem Florentiae. Voluerat P. Ignatius vt neuter alteri subesset. Nunquam fere bene conuenit mihi cum illo, ac in itinere quidem impegi propter disputationem quamdam. Augustae etiam acerbe egi, etc. Erat plane mea animi infirmitas, etc. Venimus Augustam cum Morono ad dominicam Passionis. Inconsiderate contra haereticos in mensa Moroni. Disputaui cum italo haeretico. Auditum est triduo aut quatriduo de morte **47** Iulij. Commendat mihi augustanus vt visam dilinganam academiam, quo possim de illa referre ad pontificem. Abeunt Romam cardinales: discedit P. Laynes: ego haereo apud Delphinum nuntium: audio eius confessionem et familiae in hebdomada sancta: audio multorum hispanorum, inter hos Martini Gusmani, primarij aulici. Hic noui Nogeram, qui tunc erat pedagogus filij Martini: fuit postea decanus viennensis, etc. |

Post pascha discessi cum Iona Dilingam. Placuit vniuersitas; noui ibi Hundanum, et egimus de literis, etc. Inde profecti sumus Ionas et ego Viennam, nam in Sueuia vel Bauaria nihil habebamus. Episcopum ratisponensem aegre potuimus salutare, etc. In itinere viatores aliquot haeretici, facti nobis obuiam,

[1] Ms., *fuit tandem fuit.*

dixerunt inter se: «suspendamus hos papistas.» Periculum Ione a trahentibus nauim per Danubium. Passauiensis [1] episcopus benigne nos accepit: uocauit me ad [?] [2] **48** mensam: soluit quae data nobis fuerunt in hospitio: dedit nobis cymbam et quod esset sat nobis cibi et potus Viennam vsque [3].

50 VIENNAE

Hic erat rector P. Lanoius, concionator P. Canisius, docebat P. Gaudanus, Martini conciones erant caesari acceptae. Visitaui, etc. Emendauimus Canisij catechismum, quod et erat necessum, et commode cessit, nam fuit emendatio probata Louanij, etc. Multa sunt hic ordinata, nam erant illa tantum principia. Duxi mecum Romam M. Lambertum et Ambro[sium], | illum ad studia, hunc vt rescriberet P. Laynis scripta.

In itinere audiuimus creatum papam Paulum 4.um.

Villaci Ambrosio dixerunt quidam haeretici: «omnes iesuitae interficiemini vno die vt templarij.»

Reliqui Ionam in hoc collegio, qui postea Praga discessit. Postea rursum precatu receptus Romae, vnde missus Treuirim, inde rursus abijt, solutus votis: erat concionator electoris treuirensis cum illi illa [4] atrocitas accidit [5]. Inde **51** 3.o Romam quum venisset supplex, non fuit admissus. |

BASSANI

Eo veni mea sponte, vt conciliarem P. Simonem P. Ignatio. Egi cum illo, repperi dificultatem: non sat mihi placuit; sed nonnihil videbar profecisse [6].

---

[1] Ms., *Patauiensis*.

[2] Haec duo verba obscuriora alia manu infra versum addita sunt.

[3] Nil scriptum est in fol. 48 v. Tantum signatum numero 49 fuerat, ex errore; sed dein ille numerus cancellatus fuit; ideoque sequens fol. non numerum 49 sed 50 habet.

[4] Ms., *illud*.

[5] Bis scilicet mortem sibi consciscere tentavit, ut refert REIFFENBERG, *Hist. Soc. J. ad Rhenum inferiorem*, I, 85, 86. Vide etiam BRAUNSBERGER, *Canisii epist.*, II, 61, annot. 3.

[6] Fol. 52 r. vacuum relictum est.

52 v VENETIJS

Egi cum priori de rebus collegiorum, etc. Censui non esse habendas scholas Venetijs, sed tantum Patauij. Visitaui, etc. Intellexi de Arnoldo flandro, etc.: misi illum Romam in peregrinationem. Tenuissime hic viuebant nostri, propterea quod alebantur a priori: huic rei est prouisum quoad potuit [1].

53 v PATAUIJ

Hic vidi Bernardinum theatinum, qui fuit postea cardinalis. Visitaui, etc. Praescripsi ne habitaret in horti nostri angulo externus hortulanus. Recepi literas a Patre ne commouerer, quod Paulus 4 voluisset me subsistere in Germania; se scire eius voluntatem, nolle me in Germaniam redire. Haec ex errore erant profecta, nam dixerat cardinalis Paulo me disputasse cum Fausero, concionatore Maximiliani, illum superasse, esse me 54 vtilem in Germania; itaque impetrauerat á Paulo vt manerem in Germania: interea ego veni in Italiam, et scripsit ad me P. Ignatius, quod ego audiens nihil plane curaui: rescripsi ad Patrem mihi nihil dictum esse nomine Pauli; me libenter facturum, quae ipse scriberet [2]. |

FERRARIAE

Huc non fuimus admissi propter pestis suspicionem, et totum diem expectauimus, vt Pelletarius nobis impetraret ingressus; tandem quum nihil confecisset, sub noctem coacti sumus progredi vlterius. Postridie fuimus in summo periculo, cum in cymba cum equis transmitteremus Padum.

55 BONONIAE

Nec huc primum fuimus admissi: fuimus in horto: tandem impetrauit P. Franciscus Palmius. Visitaui, etc. Intellexi dificultatem collegij propter curam pastoralem ecclesiae. Intellexi de

---

[1] In fol. 53 r. nil scriptum est.

[2] Cf. *Epist. Natal.*, I, 312, 313, cum annot.

domo Gozadineae: dixi in his quid sentirem. Hic vidi Salmeronem, a quo audiui P. Ignatium vno die amandasse a Societate ex collegio germanico decem, et eo die visum | longe hilariorem solito. Hic accepi literas a P. Ignatio, vt redirem ad Simonem, cuius negotium totum mihi dabat, minatus, si non rediret ad officium, quod ab ipso desiderabatur, se amplius illius non habiturum curam, sed illam mihi relicturum.

Dimisi Romam Lambertum et Ambrosium. Ego accepi socium Iohannem Nietum [1].

56 v BASSANI, 2.°

Egi rursum cum M. Simone nomine P. Ignatij, et plane videbar vti posse commissione Patris vt illi renuntiarem se a Patre ad me rejectum, sed illius infirmitatis missus [*sic; misertus* ?] curaui vt [in] aliquam mediocritatem veniret, qua possem P. Ignatij animo satisfacere: eam consecutus discessi, et tamen semper multa in illo Patre desiderans, satisfeci postea P. Ignatio [2].

57 v FERRARIAE

Nihil impediuit ingressum, prius enim impedierat quod Patauio veniebam. Visitaui, etc. Intellexi Factricis benignitatem et eleemosynas in nostros, et voluntatem ne inde abduceretur Pelletarius. Haec bona matrona non solum, quae reliqua illi erant omnia ex domestica impensa, dabit nostris, sed etiam exercebat negotia, quibus posset lucrifacere, **58** quae daret nostris. Parabat etiam rectori cibum domi, quod est interdictum. Intellexi, [de] indjscreto feruore Iordani, quum venisset dux ad templum nostrum [3]. Erat confessarius episcopi, filij ducis, et institutor Pelletarius, etc. Redierat ad fidem catholicam duchissa ministerio Pelletarij. Hinc venimus Pelle|tarius et ego Argentam: erat ibi infirmum principium: erat unius [?] domus consequendae spes,

---

[1] Nil in fol. 56 r. scriptum est.

[2] Fol. 57 r. vacuum remanet.

[3] De hoc P. Joanne Jordano, ejusque indiscreto fervore, cf. POLANCO, *Chron.*, V, 135.

sed nihil solidi: parum inde retulimus spei. Redijmus Ferrariam, vnde, rebus constitutis, venimus per montes Ienuam [1].

59 v IENUAE

Ibi erat iam Loartes. Visitaui. Egimus de domo quorumdam presbyterorum, quae condicio mihi non placuit. Egimus de Sti. Syri: erat res magnae dificultatis et occupationis, et tamen dixi nos posse curam animarum accipere ex nostro instituto, non vt parochi habent. Egi de aedificio et opere Saulorum in colle, quae rursus erat ratio impedita: simul egi cum Stephano Saulo,
60 qui volebat nescio [quodnam?] suum opus coniungere cum nostro: nec hoc successit.

Tandem necessum fuit ex solitis eleemosynis Pauli Doriae, etc., viuere et retinere illam domum supra furnum. Consulebam Loarti vt ne initio concionaretur in summo templo, ne cogeretur regredi ad inferiora: indulsi eius propensioni, et euenit illi quod dixeram. Inde veni Florentiam [2].

61 FLORENTIAE

Ibi erat D. Diegus, gratus duchissae, qui erat ei acceptus. Nulla hic erat tunc spes fundandi collegij: tantum dabat 200 △ duchissa. Visitaui, etc. Egimus de aedificio eo, quod postea factum est. Inde Romam.

62 ROMAE EX MISSIONE PRIMA GERMANICA

Hic nihil egi ex officio; sed intellexi fuisse ingratum P. Ignatio, quod non me ita gessissem cum P. Layne, vt ipse sperasset. Antequam ascenderem ad P. Ignatium, venerunt mihi obuiam P. Laynes et Salmeron nuntiantes me statim ad Hispaniam [mittendum], quod displicuit P. Ignatio, vt prius ex illis ego audirem de illa missione. Iam venerat D. Madridius domum. Erat | adhuc *Señor Doctor* [3], habebat curam valetudinis P. Ignatij: de

[1] Vacuum relictum fuit fol. 59 r.

[2] Nil in ff. 60 v, 61 v. scriptum est.

[3] I. e. nondum *Pater Madrid, sed Doctor Madrid* nuncupabatur, eo quod in tirocinio versaretur.

professis creandis definiuit P. Ignatius, vt ego scripsi in chartula; qua in re ex dispensatione aliquos nominauit: eam chartulam ego dedi Patri nostro Layni. In consultatione, quam iussu P. Ignatij habuerunt Patres ad plura suffragia, quae sequuntur conclusa sunt: primum conuenit vt statim seruentur constitutiones. 2.um vt promulgentur, quod est necessum ad obseruationem: 3.um ne ligarentur manus P. Ignatij, si illi vi**63**deretur illas aliqua in parte mutari debere. 4.um ne ita publicentur constitutiones, ut typis excudantur vel externis communicentur. 5.um vt haec fiant, prius est necessum [1] vt aliqua dubia resoluantur, quod tribus aut 4 diebus fieri poterit, si detur ei rei [2] opera. 6.um quod ad praesentem generalem attinet, ipse videat, facta oratione, an demandari executioni debeat, quod tradunt constitutiones esse obseruandum circa generalem, neque | executioni detur, nisi suauiter ipse velit, siue quod ad personam eius attinet, siue quod ad gubernationem. Priora 5 capita probauit P. Ignatius: de 6.° dixit se cogitaturum. Voluit P. Ignatius aliquid scribi de obedientia; et quum diceret velle se dare negocium illud D. Madridio, liberius dixi: «qui poterit illud nouitius?» et tamen id fecit D. Madrid, et P. Ignatius illa 11 capita de obedientia, quorum est initium: «In ingressu religionis.»

Non fui Romae (opinor) plures quam 18 [dies] **64** quum P. Ignatius misit me in Hispaniam. Haec missio non fuit ad visitandum, sed vt succurreretur [3] provisioni collegij romani. Dixit Pater: «Ibis vt provideatur praesenti necessitati ex alijs prouincijs, praeterquam Portugalliae, ne hoc collegium corruat, fundetur etiam, si fieri possit.» Dedit mihi omnem auctoritatem, quod ad prouisionem attinebat, neque aliquis sit exceptus, praeterquam P. Franciscus et P. Antonius [4]: in alijs rebus, vt his Patribus

[1] Ms., *prius est necessum est.*

[2] Ms., *detur ei rei detur.*

[3] Ms., *succurretur.*

[4] «En lo quinto de la provisión, tendrá plena autoridad para poder tomar consigo ó inviar qualesquiera personas á una parte y á otra, excepto el P. Francisco y el P. D. Antonio de Córdoba; y asímesmo para ordenarles cualquier cosa que tenga por conveniente...» *Cartas de San Ignacio*, VI, 25.

tamquam socius [meam operam conferam]. «Etiamsi negotium prouisionis breui [expedies], | dixit Pater, tamen aliquantisper manebis in Hispania.»

Dixit non esse necessum vt vterer ego officio commissarij in Hispania, quia erat iam illic commissarius: posse tamen me cum P. Francisco omnia agere: posse nos resoluere et dare auctoritatem regulis et responsis, quae ego dederam in Hispania, et resoluere praeterea quae occurrerent. Si P. Franciscus nolit habere curam animarum, illam curam committat prouincialibus et rectoribus. Commisit mihi de fundatione **65** collegij maioricensis: tamen illuc ego non veni. Timebat optimus Pater Paulum 4 ne chorum indiceret nobis et habitum; itaque diligenter commendauit mihi et per me P. Ludouico Gonçalez, Hieronymo Domeneco et Ribadaneyra, ut a principibus impetraremus litteras commendatitias Societatis ad Paulum.

De profectione Araozij in Angliam, rem commisit P. Francisco. «Quod si (inquit) recusaret, poterit illi P. Franciscus significare quam sit exigua existimatio | Romae illum propter praesentem satisfactionem, conuersationem, negligere iuuare collegia.» Cogitauit Pater illum Romam euocare.

Dedit mihi P. Ignatius patentes literas, quibus scribebat me quidem esse factum ipsius vicarium, sed mitti [ad] alia negotia in Hispaniam, etc. Missus simul P. Ludouicus Gonçales in [Lusitaniam] cum Bernardo iaponensi et alijs ad 15 ex varijs nationibus, quos impe**66**trauit a P. Ignatio: non tamen successit illud consilium e sententia.

Bernardum iaponensem conuerterat P. Xauier in Iapone secundum. Habebat hic magnum sensum mysteriorum fidei, nominatim sacramenti Eucharistiae, poenitentiae, et auctoritatis summi pontificis.

Quomodo respondit cardinali compostellano, etc.

Venit nobiscum Florentiam vsque Ribadaneyra animi causa, creatus rector. | Florentiam vsque petijt a me meum vasculum indicum cochum, et a P. Gonçale pileolum [1] P. Ignatij, etc.

---

[1] Ms., *piliolum*.

Dificultas perueniendi Ienuam, propter tempestatem et pluuias. Expectauimus Ienuae in domo Sauli in monte: dificultas interea ab hispanis de loco in naui, et fauor ducis, etc. Commodum cubiculum, magna prouisio, quam contradiceret Gonçales, etc. Bernardus infensus Francisco Alexandro, quod sciret linguam iudeorum, qui Christum [?] occiderant.

67 Quod [?] nobis nauigatio cesserit vt praedixerat P. Ignatius; nam Romae, quum constituisset me mittere, consuluit a coena Patres, etc. qua via essemus ituri, terrane an mari, et me voluit dicere sententiam interrogans num essem liber vt de re, quae ad me attinebat, dicerem: dixi me liberum, et mari videri. Nihil tunc; sed postridie renuntiauit mihi per Martinum vt mari iremus cum magna benedictione, quod ego scripsi in meo breuiario. Periculum a pirata gallorum, qui ad | Balearem maiorem impegit persequens exiguam nauem lusitanorum [1].

69 IN HISPANIA, 2.°

1556

Attigimus, X.o gloria, terram Alicantj in die Circumcisionis 1556. Venimus Helchium [2], vbi benigne nos accepit soror D. Theotonij, marchionissa, etiamsi esset infensa P. Ignatio et Societati propter dimissionem fratris. Miserat me Pater absque socio, et dedit curam 2 puerorum secularium, quos ducerem in Hispaniam.

Inde Mursiam, vbi intellexi de morte Patris M.i Domenechi, vnde factum est vt non posset paternam haereditatem adire; nam paulo antequam discessissem ex vrbe, fecerat | professionem P. Domenecus, id importunitate extorquens, quum id illi negaretur.

Veni Valentiam: professus sum plane illum professum, nec posse obire haereditatem patris, nisi aliunde aliquod ius haberet. Inde ortae lites inter Domenecum et sororem Angelicam, inde

---

[1] Fol. 68 totum vacuum relictum est.

[2] «ELCHE... prov. de Alicante... diócesis de Orihuela... en la costa del Mediterráneo.» MADOZ, *Dicc. geogr.*

nupsit post votum virginitatis, et inde amissa fundatio collegij valentini.

P. Gonçales Mursia in Portugalliam, in quo itinere passi sunt, quod putarentur feminam ducere ipsos virili cultu. **70** Properabam ego ad P. Franciscum: itaque, quum Valentia venissem Cuencam et Complutum, adhuc repperi Talauerae, quum euasissem periculum fluuij, qui pontem deiecerat. Reliqueram Compluti Chirogam: alium puerum Cuenchae apud Marchinam.

Veni ad P. Franciscum Placentiam: ibi repperi obligationem esse factam pro collegio Montis Regij, vt darentur confessarij et concionator, qua de re admonui P. Franciscum.

Dissolui importunam dificultatem, quod non abrogarentur nostrae facultates [1] per cruciatam; nam inspecto diplomate, | nullum verbum legimus, quo comprehenderetur Societas, quod fuit optatissimum nostris; nam dubitabant ne fuissent irrita, quae fecissent, omnia.

Inde ad comitem Oropesiae et Scalonam, vbi speramus consequi aliquam opulentam eleemosynam pro collegio romano; sed venimus quum iam esset mortuus dux. Ibi incoepi scribere in constitutiones. Et deinde scripsi contra Pedrochium pro exercitijs [2]; nam, quod ad gubernationem, eram otiosus.

Accepit P. Franciscus mutuo a Domino Francisco, fratre comitis Oropesiae, 1500 △: ad id ego veneram cum M. Guterio: eam pecuniam ego tuli Vallisoletum: **71** et hospitio, quum egrederer a cubiculo, representatio, etc. Quum putarem remissius agi negocium prouisionis pecuniariae, confidenter dixi P. Francisco me per me negocium illud acturum, euocaturum Villanouam, etc. Accuratius res est deinde curata.

Non bene conueniebat P. Araozio cum P. Francisco. Ille abiecerat animum a gubernatione, hic totam fere susceperat. Euocauit illum Simancam; ibi illum grauiter reprehendit de multis, et praescripsit quae videbantur, me praesente et Baptista Barma; me etiam perstrinxit, quod importu[ne] | ad illum adirem,

---

[1] Ms., *facultas*.

[2] Quae scripsit, habes in vol. III *Chronici* P. POLANCI, in Appendicibus.

quod ego dissimulaui, quum scirem me illi non esse subiectum. Quum in musaeolo illi dicerem esse voluntatem Patris ne se affligeret flagellationibus et poenitentijs, respondit commotus: «Vos facietis vt ego secedam ad carthusiam.» Cum P. Antonio vehemens concertatio mea de tempore, quod dant constitutiones ad orandum.

Repperi fere esse mutatam rationem eam rerum, quas ego institueram in prima visitatione.

Dixerat quidem mihi P. Ignatius, vt iuuarem P. Franciscum, et communiter res grauiores ageremus; verum quum intelligerem non esse gratum P. Francisco **72** vt me immiscerem gubernationi, cohibui me; ac ne admonui quidem illum, praesertim quum non successissent mihi duae vel tres admonitiones: vna de magistro Montesiae, quem ego non censebam recipiendum domum; nec [1] separandam partem domus pro hospitibus; nec domum recipiendum quemdam, qui in rixa alium vulnerauerat; nec vt in professione Baptistae de Barma fieret tam amplum conuiuium, etc. Grauiter enim tulit etiam de recipiendo | facinoroso et de magistro de Montesia, etc. Hanc rationem quum nollet tenere P. Victoria, qui tantum acceperat a Patre Ignatio facultatem admonendi; audiuit a P. Francisco: «tu dic quae velis» etc. Hic animum infensum in me Stradae agnoui, et quum dure me accepisset, exprobans etiam quod illi dedissem substitutum; retudi illius verba acrius, vt amplius mihi non fuerit molestus.

Fecit professionem Baptista de Barma, concionatus est Araozius, primarios **73** monachos vocauit ad prandium P. Franciscus ex omnibus ordinibus, et ex tempore dixit vt prandentibus illis e suggestu aliquid dicerem latine de Societatis instituto. Mihi non fuit dificile dicere imparato; sed illud sensi [2], quod ex imperio non admonitum compellasset; non male tamen cessit.

Recepi literas P. Ignatij obiurgatorias, quod fuissem auctor, vt in fundandis collegijs, pro singulis operariis [3] vel lectoribus peteremus ali duos scholasticos. Aegre tuli, et quum rescripsis-

[1] Ms., *ne*.
[2] Ms., *sensu*.
[3] Ms., *operaribus*.

sem impatientius, | laceraui tamen illas litteras et alias scripsi pacatiores.

Aegrotabat, et grauissime quidem, magister de Montesia domi. Negotia de matrimonio magistri. Sumpsi aquam aliquot dies ex sarçaparilla. Initio quum me videretur iuuare, et largius auderem pota[re], sensi excitatum catarrhum: nimium deterritus illo casu, omisi aquam. Hic sentire coepi debilitatem dextri brachij: incoepi sentire pollicis dextri debilitatem et dificultatem in scribendo.

Canus exponebat in suo monasterio Vallisoleti **74** epistolam priorem ad Timotheum, et nullam omittebat occasionem calumniae contra Societatem, tametsi aperte non agebat. Erat Stradae data concio in summo templo celebris; illam auertit ad se Canus concionem, in qua et alia aduersum nos, et illud nominatim: «abnegate hominem, qui heri miles, est hodie sanctus.» Quo [1] maledicto non obscure appetiuit P. Franciscum, qui aderat. Multa aliunde intelligebamus, quibus indigne nos accipiebat hic Canus; multa eius sodalis Peñas nobis, | vir illo doctrina non inferior, et pietate existimabatur melior. Hic domi causam nostram defendebat. Desiderauit hic noster propugnator instrui a nobis, vt paratior esset aduersus Canum, etc. Ab hoc item impetrauimus, vt capita rerum, quae notaret Canus, communicaret; quod non solum fecit, sed respondit ipse etiam, breuiter quidem, docte tamen et pie.

Quod initium habuerit hoc odium vel insectatio Cani, facile non dixerim: scio illum oblocutum de Societate **75** quum primum venit D. Torres Salmanticam; et tunc quidem, cum admoneretur a Torre ne innocentes traduceret ad populum, eludebat; pollicebatur enim se proxima concione praeteritam emendaturum, eodem teste, si ad concionem veniret; quo quum veniret Torres, acerbius quam antea agebat. Existimaui ego zelum illum fuisse religionis, quem ille prae se ferebat.

Audiui tamen illum pupugisse falsam quamdam suspicionem, quod eius promotionem ad | pinguiorem episcopatum quam Canariae interpellasset Araozius apud principem Philippum. «No se

[1] Ms., *qua*.

puede sufrir, etc. dahos priessa contra estos scri — » etc [1]. Nam fuit hic bonus Canus postulatus atque electus in episcopum Canariensem: conquestum audio quod non posset labores professionis theologiae perferre, quod munus docte et cum gratia gerebat. Voluerunt eum fortassis ablegatum cum honore in insulam propter dificultatem ingenij. Obiter dixerat illi princeps: «Te, M. Cane, ad majora destinamus.» **76** Hoc fecit vt, postridie quam esset consecratus episcopus canariensis, episcopatu se abdicaret, quod caesari Carolo et Philippo vehementer displicuit, nec amplius in eum animum adiecerunt, vel cogitarunt ad alium episcopatum designare. Hinc orta creditur in Araozium offensio, siue suspicio, illum apud Philippum impedire ne potentior fieret episcopus | Canus. Quam suspicionem scimus diluisse Philippum: quum enim audiret conqueri de Araozio Canum, «injuria, inquit, conqueritur de Araozio Canus; illum laudat Araozius, non hunc Canus.»

Perseuerante hac Cani animositate in nos, venit Tridentum ad secundam concilij congregationem. Ibi volens illum placare P. Laynes cum Salmerone, et studens ea, quibus videbatur Canus offendi, diluere, adeo fastidiose et contemptim cum ipsis egit, vt magna opus ha**77**buerint in eo congressu patientia. Illud tamen P. Laynes, vt erat ingenuus atque apertus ferre non potuit, quod iam non erat tam in nos contumeliosum quam in sedem apostolicam iniurium: «abigite (dixit Canus) istas nouitates», insimulans scilicet Societatem nouitatis in religione. Hoc bonum P. Laynes adeo permouit, vt hispanice illam retaliaret contumeliam «istas (inquit) merdas». Et hoc dicens reliquit Canum; et tamen non — — [2] domo egressus erat, | quum eum illius libertatis poenituit. Itaque rediens, prouolutus [3] postulauit ab illo [4] veniam. Hoc fuit apud Canum atrox crimen, et de quo hyperbolice per aposiopesim referre solet et conqueri.

[1] Sic, verbo incompleto. Forte *scribas y fariseos* subintelligi voluit. Haec verba hispano sermone scripta sunt in margine.

[2] Est hic verbum obscure scriptum, quod *erat* legendum videtur; sed inferius repetitur idem verbum.

[3] Ms., *prouolutius*.

[4] Ms., *a illo*.

Successerunt quae paulo [ante] dicebam de lectionibus et concione vallisoletana. Haec quum intelligeremus, nos prouocauimus illum vel ad disputationem vel ad rationem audiendam earum rerum, [quae] illum offendebant. Nihil audiuit, ac ne auctoritate quidem principis guber**78**natricis de sua oblocutione decessit. Ibi P. Franciscus egit apud primum praesidem Fonsecam, vt intelligeret a Cano, qui ipsi erat familiaris, primaria capita rerum, quae hominem offendebant. Concessimus in ferijs Simancam cum praeside, et illi satisfecimus ad fragilia aliquot capita, et constituimus esse illum Canum negligendum; praesertim quum [1] inteligeremus nihil officere illius oblocutiones Societati, | sed magis ex rei indignitate et nostra patientia prodesse. Quod sentiebat idem bonus Canus; scripsit enim eo tempore ad quemdam e suo ordine, Salmanticam: «ego, quod hos diabolos [dico]; sed nihil proficio: magis crescunt, etc.»

Hunc audiuimus dominicum Sotum inuitasse ad scribendum aduersum nos. Cui scite respondit Sotus: «Apud me (inquit) hi Patres bene audiunt; tu, apud [quem] male, cur non scribis?» Deterruit prae**79**terea Canum qujdam sodaljs, quum diceret se velle contra nos scribere. «Ne, inquit, istud facias, nam tu omnium opinione es doctus, praeterea religiosus; si contra hos Patres scribis, illj prodent et tuam inscitiam non in litteris solum [sed etiam] in rerum spiritualium intelligentia.»

Tandem venit Canus Romam sub Paulo 4.°, quum iam esset generalis praepositus P. Laynes, causam suam acturus de proujncialatu contra Petrum Sotum. Egit, vicit. | Habuit eo tempore acrem congressum cum illo P. Laynes in domo cardinalis Pacheci, et, quum suj semper esset similis, fuit vehementer obiurgatus a nostro: «¡Vn hombrezillo contra vna religión! ia [2] sería esto humor.» Dein antequam Roma excederet, prae se tulit redire in gratiam P. Laynis. Inuitauit enim illum per aulicum quemdam Aluaradum, vt ad se veniret prior P. Laynes; fore vt res omnes bona cum gratia componerentur. Offendit Patrem illa prophanitas: **80** noluit ire. Discessit Canus Florentiam, vbi

---

[1] Ms., *quum quum*.

[2] Ms., *iam*.

quadam morbi foeditate conflictatus, tandem profectus in Hispaniam, non diu superuixit. Hic bonus Pater multa abstulit a me sacrificia missae, multa ab alijs Patribus, multas orationes. Erat vir doctus speculatiue, et accuratum scripsit librum de locis theologicis; verum offendit multos sua ingenij practici dificultate, etc. Anima eius in sancta pace requiescat. Exercuit, in nobis patientiam, charitatem et beneficia in se nostra | suis oblocutionibus excitauit, quas ego semper fatebor ex zelo religionis et pietatis esse profectas; nec vlterius cogitabo an secundum scientiam.

Prouisio interea, quae erat prima cura meae missionis, est confecta. Missa Romam 3000 △ per literas collybisticas burgensium mercatorum, vt singulis mensibus Florentia mitterentur ad nostros Romam 300 △. Praestiterunt vero hoc mercatores absque summae dimjnutione, quod fuit necessarium praesidium collegij romani, atque **81** adeo salutare, vt quo tempore propter bellorum detrimenta et rerum omnium dificultates, potentissimi cardinales Romae de re pecuniari conflictarentur, nos nihil sentiremus penuriae. Hae pecuniae prouenerunt partim ex residuis iuris P. Francisci, partim ex P. Antonio. Credo esse tunc acceptos 400 △ ex collegio placentino, ita tamen, vt esset de pecunijs debitis Romae, vnde P. Franciscus illam summam collegio illi refundere[t]. |

[Metymnae]

Conuenit me Metymnae Suerus Vega de lite sui matrimonij: consului, quae occurrerunt ex eius relatione, numquam fuisse illud matrimonium verum; curandum vt dissolueretur, etc., quod illi sucessit e sententia.

Disputaui cum medico Perea, qui ridicule quidem, verum constanter tuetur, in brutis nullam esse aliam animam quam vegetatiuam. Adduxi illum vt timeret asserere, quae nesci[e]bat an esset contra fidem, scripturam et doctorum ecclesiae doctrinam.

82 Bernardus, iussus dicere de Angelis, adeo profunde et spiritualiter disseruit, vt magnam admirationem nobis afferrent quae audiebamus.

Agebat omnia P. Franciscus vel per Herreram, vel per Dionysium, quod multos offendebat, praesertim vt per Herreram.

[SIMANCAE]

Aegrotaui triduo aut quatriduo Simancae, et primo quidem die grauiter, etc. Scripsi ad sacristam Montannanum [1] consolatorias de morte Iacobi fratris.

Iuui P. Franciscum in | negotio collegij Montis Regij. Aegre tulit idem Pater quod dicerem ea, quae ipse fecisset in fundationibus collegiorum, possent infirmari a P. Ignatio.

Volui [2] P. Francisco esse socius cum iret ad palatium: tantum semel veni cum ipso, vt viderem principem Carolum. «Babal babal» [?] etc.

Obtuli me causam M. Montesani adiuturum Romae. Comparabam me iam ad iter, quum ex literis P. Ribadaneyra ex Flandria intellexit P. Franciscus ad meliorem vitam transisse **83** P. Ignatium pridie kalendas Augusti: nihil aliud. Fui perculsus animo primum, sed statim bene speraui, quod fere nostris contigit. Existimaui me esse vicarium: existimarunt idem alij Patres, ex eorum (aderat enim P. Franciscus, Araoz, Strada, Bustamantius, 3 prouinciales et commissarius) consilio scripsi ad Patres lusitanos vt se pararent ad iter romanum. P. Franciscus, ex consilio medicorum, dixit se non posse ire: idem Araoz: Strada videbatur eo inclinare; nec Bustamantius. |

Paucis diebus accepimus literas a P. Polanco, qui praeterea intelleximus factum vicarium P. Laynem, quod me non turbauit [3]. In eisdem litteris est indicta congregatio, quae commode potuit fieri, nam erant induciae inter pontificem et Philippum. Verum, mutato postea consilio, indicta fuit congregatio non 57, sed [4] [5]8.um annum. Quum viderem Patres illos non inclinare ad congregationem, esse etiam illam dilatam, rogaui quid cense-

---

[1] Nicolaus Montañans, canonicus majoricensis, de quo saepius sermo rediit in *Chron. Natal.*

[2] Ms., *uoli.*

[3] De his vide SACCHINUM, *Hist. Soc.*, part. II, lib. I, n. 26.

[4] Ms., *et sed.*

rent de mea profectione. Habito conuentu, per **84** Bustamantium renuntiarunt se in ea esse sententia, vt ego Romam ne irem, sed vsque ad tempus congregationis haererem in prouincia Aragoniae. Displicuit mihi illa illorum Patrum voluntas, et nescio quid suspicatus sum, syncere rem non tractare: cogitaui postea fortasis ipsos iam tunc spectasse vt Romae non fieret electio, quod sequenti anno enixe contenderunt. Itaque nihil dissimulaui, et plane improbaui illorum sententiam, et non silui offensionem, quam inde conceperam, et dixi eo die me velle | proficisci, quod et feci, nam eo die veni Torcrematam [1].

Succensuit mihi P. Franciscus et alij omnes propter meam libertatem; ego vero tantum abfuit vt modestius, vt etiam P. Francisco, qui videbatur vrgere, dixerim me illum reuereri, non qui fuerit, [sed] qui esset, etc.

Quum vehementer metuerem ne malum equum haberem in itinere, et offerret mihi M. Montesiae egregium equum, illum accepi non satis considerate, et me sane poenituit, tametsi **85** Senis illum dederim (vt dixeram) commendatori cathalano, qui missus a magistro gerebat eius negocia. Torcrematae febris, et pediculi, et pro singulis, etc. Postridie auaritia in emenda perdice, etc. Burgis discessimus P. Victoria, Iacobus eius frater, Gerardus socius, et ego, postridie diui Michaëlis. In itinere casus equi P. Victoriae admodum periculosus, vt darem ego miraculo quod nihil esset laesus. Meum periculum | in montibus ienuensibus, dum transirem saxum quoddam, etc.

Antequam discederemus ex Hispania. In itinere, hic, hic, etc., et salutauimus fratrem D. Olauij, etc. In transitu fluuij, ei porte[?], etc. Recepimus literas a P. Polanco, ex commissione, vt collegia inuiserem, etiam quae non erant in recto itinere, quod admodum fuit laboriosum, et P. Laynez dixit, etc. Venimus Romam 10 Decembri [s] [2].

---

[1] TORQUEMADA, villa... en la prov. y diócesis de Palencia (3 leg.), part. jud. de Astudillo (3), aud. terr. y c. g. de Valladolid (11). MADOZ, *Diccion. geogr.*

[2] Fol. 86 totum vacuum relictum fuit.

87 ROMAE POST 2.AM MISSIONEM IN HISPANIAM, VICARIO P. LAYNE

1557

Intellexi de transitu P. Ignatij, etc. Quomodo creatus fuit vicarius P. Laynes, etc. Dixit Bobadilla se sanatum a febri, quum iaceret in lecto vbi fuerat mortuus P. Ignatius. Cornelius de sanata filia cuiusdam mulieris deuotae, etc.

Adhibuit me ad consilia P. La[ynes]. Suscepta fuerunt duo collegia Montis | Pessulani et Perusiae. Ego tamen censebam non esse recipienda collegia vel res grauiores agendas ante praepositi generalis creationem. Fere me suffocauit catarrhus quadam nocte; quum subito occlusisset anhelitum, exilij e lecto, et deiectus est catarrhus: fui ita conterritus, vt singulis noctibus aliquo tempore me ita serio pararem concedens cubitum, atque si eadem nocte essem [1] e catarrho suffocandus.

88 Quam inchoaueram in Hispania expositionem in constitutiones, sum aliquot diebus prosecutus. Deinde adieci animum, et operam dedi annotationibus in constitutiones, ex quibus postea confeci scholia, vel ad dificultates, quas notaueram respondendo, vel excipiendo si quid videbatur esse commode annotatum, vel addendo quae occurrebant.

Data est mihi superintendentia collegij, quod habebatur in via illa ad Mineruae. Eram quidem in collegio, sed nolui interpellare rationem | gubernationis, nam simul et P. Polancus et P. Madridius multa curabant et agebant in collegio.

Habui aliquot exhortationes de instituto, quum primum veni Romam, quae successerunt e sententia. Postea alias habui, quae non adeo.

Minatus fuerat Paulus velle se de rebus nostris cognoscere, omnia velle ex illa cathedra examinari: erat etiam minatus P. Ignatio: «o colui [2] » etc. Dixerat P. Ignatium tyrannice guber-

---

[1] Ms., *noctibus esse.*

[2] Prius scriptum fuerat: *erat etiam minatus: «o, colui»;* sed ut declararet de quonam esset sermo, ipse Nadal, inter verba *minatus* et *«o, colui»*, addidit *P. Ig.*

nasse Societatem. Hic erat animus Pauli 4.i **89** erga nos, et tamen in precio habebat semper P. Laynem: Bobadilla quidem fuerat illi familiaris. Ita res erat quum exorta fuit illa tempestas Pontij et Bobadillae.

Errore factum fuerat vel casu vt venirent Romam quasi ad electionem aliquot Patres: receperant scilicet primas literas, quibus vocabantur ad congregationem, non 2.as, quibus reuocabantur. Venerunt igitur Romam P. Leonardus et Adrianus ex | Flandria: ex Germania P. Canisius, Lanoius et Gaudanus: ex Gallia P. Paschasius: ex Italia P. Bobadilla, Simon et Viola: ex Sicilia P. Domenecus et Vinchius; et hi quidem omnes professi: erant Romae professi 3, P. Laynes, Polancus et Natalis; erat P. Salmeron in Flandria cum legato.

Complutum peruenerant lusitani Patres, vt facile fuisset legittimam coire congregationem, nisi 2.is literis Patres fuissent interpellati, nam hispani alij non erant venturi.

Incoepit iam primum aegre ferre Bobadilla, **90** gubernari Societatem per vicarium, indignum esse non per primos professos et socios primos P. Ignatij, per eos, qui in confirmatione nominarentur, illos non debere in gubernatione contemni, qui fuerant in fundatione Societatis socij [1].

Haec agebat | primum domi liberius Bobadilla, atque adeo turbulenter et seditiose abduxit in suam sententiam 4 professos: Simonem, Paschasium, Violam et Adrianum. Paschasium propter eius simplicitatem, nam hic fuit semper inculpatae vitae, ignarus tamen constitutionum. Simon facile abductus creditur, vel per se idem concepisse, quod adhuc retineret memoriam sui iudicij; hic enim vt venerat Romam, quod superius attigimus, ibi P. Ignatius censebat amnistiam fieri praeteritarum rerum: Simon tamen contendit iudicium diceretur, quod etiamsi plane videretur indignissimum et exempli pessimi, indulsit **91** tamen P. Ignatius, designatis 4 iudicibus, P. Polanco, Olauio, Miona et Pontio, quos non repudiauit Simon, actoribus P. Ludouico Gonçalo et Carnerio: acta causa est, rogante P. Ignatio, vt si locus esset gratiae, potius fauerent Simoni iudices quam actoribus; omnium

[1] Sacchinus, loc. cit., n. 74.

iudicum calculis damnatus est bonus Simon, non quidem criminis grauioris, sed quod in ratione instituti varie ac grauiter errasset: indicta est illi poenitentia. Hoc iudicium videbatur iam primum probare; quo postea repudiato, appellauit | exemplo pestilente ad cardinalem carpensem protectorem. Ab hoc tamen statim est iussus esse in officio; rescitum tamen postea illum breue impetrasse, vt excuteret obedientiae iugum ad vitam eremiticam agendam; sed non prodijt hoc breue. Postremo ita res est composita, vt ipse sua voluntate eligeret peregrinari Hierosolymam, quo tamen non est profectus, quod bellum esset inter venetos et turchas. Impetrauit a P. Ignatio vt ei liceret in collegio vel veneto vel patauino [degere] ex priuilegio diplomatis: non iudicabat tamen P. Ignatius sedauisse [?] in illo superiores fluctus **92** et tum venit Bassanum, vbi illum convenit P. Natalis, vt superius dictum.

Hic Pater 2 capita rerum P. Layni proposuit, alterum suum, alterum bobadillanum: factam sibi iniuriam in iudicjo contra se dicto [1]; quasi nouam causae cognitionem exigeret: videri praeterea sibi gubernandam Societatem per primos professos ex aristocratia. Hic igitur fauebat Bobadillae; postea tamen eum deseruit, quod inferius dicetur: Violamque mirum non fuit Bobadillae | subscribere; metuebat enim P. Laynem, ad quem grauissime fuerat delatus, etc., et erat alioqui liberioris ingenij, et liberrime egerat multos annos in Gallia.

De Adriano sat est illud dicere, quod fere [2] nihil vnquam intellexit de Societatis instituto, nunquam ex illus propia ratione vixit, et quidem Pater sat est notus [3].

De Bobadilla prolixa esset narratio; sed necessum **93** aliquid dicere. Hic dissensit a P. Ignatio et 8 Patribus de rebus grauissimis ante Societatis confirmationem; itaque propter eum est tunc decretum: si quis ab alijs in sententia discreparet in communi rerum tractatione ne admitteretur, eius itaque in primis actis nullun est vestigium.

---

[1] SACCHINUS, loc. cit., n. 74.

[2] Ms., *ad fere.*

[3] SACCHINUS, loc. cit., n. 74.

Hinc est consecutum vt coactus iudicio trium iudicum, inter quos fuit D. Madridius, vota Societatis ediderit: quid hic de caetero? fuit semper alienus a P. Ignatio, ignarus instituti, contemnens sociorum, versatus quidem | in ministerio, sed de suo capite, arroganter de se solitus praedicare, doctores ecclesiae indignis verbis appellare: hic coadiutores famulos suos dicere: hic in Germania intemperanter bibit: hinc illud vinum bobadillianum: lusit schachis impatienter: hoc abutebantur germani principes pro morione, quum tamen ipse instaret se esse apud illos summa auctoritate: hic mira insolentia verborum vtebatur, hunc puerum, illum asinum vocans: nec hoc mirum, quum P. Ignatium apellauerit sophistam malignum, adu**94**lationibus delinitum biscainum; hic in domo prophana concubinarij hominis nudatus ad abollam vsque ludrice est digladiatus cum secularibus hominibus. Hic non semel gloriatus est se sacerdotem hominem in visitatione quadam patibulo suspendisse, et absque aliqua dispensatione missam celebrasse: hic ecclesiae reformationem ita instituere solitus aliquando est, vt summum pontificem cardinalibus subiiceret.

Alia omittam hic sat multa, vt ostendam non potuisse hominem alijs moribus praeditum tam atrociter Societatem | oppugnare: et de quinque his Patribus, vt semel dicam, erat in omnibus singularis constitutionum et instituti ignoratio. Fuit autem operae precium et aliorum, qui Bobadillam sequebantur, mores aliqua ex parte notari, [1] vt nullus miretur si illi Patres huic Bobadillae sententiam sequerentur; et tamen non fraudo illos suis laudibus, ac ne Bobadillam quidem.

De P. Paschasio sat sit, quod superius dixi, appellari solitum a P. Ignatio angelum Societatis propter hominis singularem innocentiam.

P. Simon magnum attulit fructum in Portugallia: ipse fuit initium illud excellens collegij conimbricensis.

95 P. Bobadilla in Germania multa, non solum pericula, sed verbera etiam semel ab haereticis passus est. Contradixit nouae

---

[1] M., *notaui.* Aliter hanc sententiam prius expresserat Natalis, sed, mutatis aliis verbis, hoc ex oblivione non emendavit.

religioni editae a caesare; quapropter fuit relegatus a caesare. Iuuit visitatione aliquas ecclesias et monasteria.

P. Adrianus fecit initium collegio louaniensi: dedit illi bona sua sat ampla: habitus est egregius confessarius.

P. Violas bonam operam nauauit primum Lutetiae, in collegio longobardorum: | recepit aliquot ad Societatem: dein iuuit fundationem collegij biliomensis et aedificium.

Sed et illud addam, tandem desciuisse a Bobadilla alios omnes.

Igitur, vt ad bobadillanam seditionem reuertar, iam eius turbulentia non solum domi vagabatur, sed ad externos erat ab ipso delata, quum ecce tibi aliam tribulationem **96** excitauit P. Pontius: ac quis Pontius? is qui anxie atque impotenter expetierat designari professus 4 votorum, quod non assecutus, tulit eam repulsam impatientissimus. Feruens alioqui operarius, cui tamen durities capitis negocium facessebat: alioqui vtilis Pater.

Non censebant hispani Patres alij praeter lusitanos esse congregandam Societatem Romae, sed Barchinonae in Catalonia: id serio contenderunt a Patre vi|cario, misso Patre Veyra. Ex consilio Patrum, placuit Patri vicario vt rem ad Pauli 4.i iudicium referremus. Is, etiamsi eo tempore gereret bellum aduersus Philippum, dixit tamen vt, re denuo considerata, rursum ad eum veniremus: sperant aliqui futurum vt eam profectionem probaret Paulus. Sic res, quum ecce tibi Pontius detulit ad pontificem suo chirographo nos velle ire in Hispaniam: si quid praeterea **97** addiderit, nos nesciuimus: illud vidimus, vehementer commotum contra nos Paulum imperasse, vt nullus e Societate Roma excederet illo inconsulto, vt diplomata, omnes constitutiones, regulas, vt ad ipsum deferremus, velle se omnia suum iudicium subire [1].

Fuimus sane tam acri imperio commoti: sciebamus minatum Paulum Ignatio mortuo [2]: fuisse illi quoad vixit infensum: gerere bellum contra Philippum: esse acrem, etc.; et tamen non deterriti dolebamus nobis vehementer vices Bobadillae, et Pontij de-

[1] SACCHINUS, loc. cit., nn. 76, 77.

[2] Vide supra, pag. 50.

testabamur exemplum: eramus adeo simplices vt nunquam pu- | [ta]remus futurum vt e nostris emergerent, qui Societatem vniuersam oppugnare auderent [1].

Quum omnia impleuissent [2] suspicionibus, vt aliud non dicam, et effictis fabulis Bobadilla et Pontius, et auidissime vires coniunxissent, ac res spectaret ad iudicium; eo enim nitebantur hi boni Patres; consultis Patribus, decreuit vicarius rem non esse negligendam, sed dandam operam ne quid detrimenti caperet Societas: primum igitur demesticorum animos confir**98**mauit: indixit mortificationes domi et in collegio, vt quotidie dicerentur litaniae, et essent flagellationes aliquot singulis hebdomadis, multa ieiunia, fratres bis communicarent singulis hebdomadis, vt in omnibus sacrificijs missae sacerdotes Deo salutem et perfectionem Societatis commendarent, proprie vero singuli [3] 3 sacra singulis hebdomadis applicarent. Maxima | pars fratrum repetijt exercitia spiritualia: feruebant omnia deuotione, poenitentia, spiritu [4].

Dein ad quos commeasse Bobadillam et Pontium sciebat Pater vicarius, ac suas [res] detulisse, eos adiuit, ac, exposita veritate, Bobadillae et Pontij repulit [5] accusationes.

Constituit in iudicium venire ad carpensem cardinalem; sed haec ita tractare omnia, vt Boba**99**dillae existimatio ne laederetur nisi necessario, si quando veritas necessaria aliter asseri non posset. Illud praeterea prouidenter cauit, vt in tota hac causa scriptis publica non ageremus.

Illud autem operae precium est animaduertere, quum Bobadilla et Pontius nunquam non scriberent, ac suas accusationes seminarent per vrbem, factum est, Dei singulari prouidentia, vt fere omnia chirographa in manus venirent | Patris vicarij, nam vel illis imprudentibus excidebant in via, et a socio, qui dabatur probatus frater, excipiebantur, vel in eorum cubiculis per eorum

---

[1] Ms., *auderet*. Cf. SACCHINUS, loc. cit., n. 77.

[2] Ms., *impleuisset*.

[3] Ms., *singuli singuli*.

[4] SACCHINUS, loc. cit., n. 78.

[5] Ms., *repulerit*.

socordiam intercipiebantur, vel ad quos mittebantur illi, illi ad Patrem remittebant damnantes illorum Patrum importunitatem, etc. Illud item per socios fidos fratres prouisum, vt resciret Pater vicarius ad quos venissent [1].

Res eo iam deuenerat vt ab Bobadilla illi 4 Patres deficerent, Paschasius, **100** Simon, Viola, Adrianus. Non tamen propterea soli imperatores deterriti, sed animum confirmare vicissim, et acriorem pugnam parare: itaque vocat in ius Bobadilla Patrem vicarium, effert libellum, nos verbis refutare apertissima omnia, quod dificile non erat, dicentem Bobadillam de instituto confutare, a quo semper fuit alienus, cuius semper fuit imperitissimus [2].

Videbatur summa | indignitas et Patribus et carpensi, sed summisse fuit tempori cedendum. Saepe vocatus Bobadilla ad carpensem, Bobadilla nunquam venit, causari se non posse absque suo aduocato iureconsulto adesse iudicio, illum esse virum, vt grauissimum, ita occupatissimum. Veritus carpensis, ne ex his contentionibus detrimentum Societas pateretur, communicato prius cum Patribus consilio, aduocato Bobadilla, sic decreuit. Pater **101** (inquit) Laynes, conuocatis et primis et aliis Patribus ad concilium, eorum auditis sententijs, Societatem gubernet. Confirmarunt omnes vicarium P. Laynem, praeter Bobadillam et Pontium [3].

Nihil intercessit Bobadilla, sed eius silentium [timorem nobis incutiebat] ne moliretur id quod carpensi est minatus, nisi secundum se pronuntiaret, se ad summum pontificem appellaturum. Itaque de consilio Patrum adiuit Paulum P. Laynes, quae turbauerint Bobadilla et Pontius | petere a Sanctissimo [4], pro eius sapientia, vt hanc causam intelligere, et fouere Societatem ac sua clementia recreare [vellet] [5].

Benigne audiuit Paulus, et pollicitus est se Societati non de-

---

[1] SACCHINUS, loc. cit., n. 78.
[2] SACCHINUS, loc. cit., n. 80.
[3] SACCHINUS, loc. cit., nn. 83, 84.
[4] Obscure scriptum hoc verbum.
[5] SACCHINUS, loc. cit., n. 84.

futurum: nominaret Pater vicarius aliquem cardinalem, per quem ipse de his rebus cognosceret: eum nobis fore gratissimum [1] (respondit Pater) quem ipsius sanctitas designaret. Est designatus a Paulo alexandrinus. Hic amicissime nobiscum egit: inter**102**-dixit primum Bobadillae et Pontio, ne verbum [2] vllum de causa facerent cuiquam praeterquam sibi [3].

Erigit se in spem nouam Bobadilla, conscribit articulos, illos Patribus, quos sibi adhuc fauere arbitrabatur oste...., petit [? etiam quid sint responsuri. Haec cum tumultuosius ageret, peruenerunt ad vicarium et articuli et responsiones.

Voluit omnes Patres audire alexandrinus [de] his, et eius rei gratia noluit | nos ad se ad diui Petri venire, sed venit ipse ad nos. Auditis omnibus Patribus, non obscure intellectum est, nihil aliud cardinalem ex omni actione collegisse quam prophane ac seditiose egisse duos proceres Bobadillam et Pontium, ambitionem et malas artes fecisse palam; nihil tamen pronuntiauit, neque eius erat pronuntiare, sed ex actis referre ad Paulum. Hinc omnia fuerunt nobis commodiora: timere sibi Bobadilla, solicite agere **103** vt a cardinali S. Florae, qui obtinueratmittere ad visitationem monasterij cuiusdam, mitteretur. Itaque paucis illis diebus difisus causae discessit [4].

Pontius vero etiam distitutus suo pylade, tamen retinuit suam animositatem. Adijt alexandrinum [cardinalem]: 4 (inquit), D. Rme., proponam pro me contra istos Patres. Facta facultate dicendi, primum (inquit) est quod Pater vicarius mihi eo nomine poenitentiam iniunxerit, quod illud | chirographum ad Sanctitatem Domini Nostri [5], illo inconsulto, mississem. Indigne tulit optimus cardinalis hominis confidentiam; sciebat enim nos nunquam propterea Pontium arguisse, sed illud tantum notasse. Illud tantum ipse praesentibus 4 professis diserte confessus fuerat se inique nostram voluntatem eundi in Hispaniam esse summo pontifici

---

[1] M., *gratissimus*.
[2] Ms., *verum*.
[3] SACCHINUS, loc. cit., nn. 84, 85.
[4] SACCHINUS, loc. cit., n. 86.
[5] Ms., *S. D. N.*

interpretatum. «Quam igitur (inquit) cardinalis tibi poenitentiam inusserunt ?» «vt semel **104** (inquit) recitarem Aue Maria.» Ibi cardinalis, vir scilicet [?] mansueti imprimis ingenij et quieti, visus est aduersum Pontium vehementius commoueri: amplius nihil ab eo audire voluit: simul illum cum verborum contumelia a se abégit.

Haec quum referret ad Paulum cardinalis, miratus pontifex, signo crucis se muniuit, quasi hominis caecitatem serio auersatus [1]. |

Visi sumus e turbine bobadillano et pontiano emersisse, nam remiserat iam arrestum [2] nostrum pontifex, ac liberum fecerat ex urbe posse, quem vellemus, mittere; euntes etiam 100 △ viatico iuuerat [3].

Missus est in Flandriam Adrianus, verum priuatus, facto prouinciali P. Euerardo: Veronam Violas: Assisium Pontius, alieno vt videbatur animo: Canisius ad collegium wormatiense cum Gaudano: Lanoius Venetias: Vinkius Perusiam: Domenecus in Siciljam [4].

Vsi sumus posthac longe commodioribus Patribus, qui cum Bobadilla senserant aliquando. Et tamen nullum iudi**105**cium dixerat publice de rebus nostris Paulus: adhuc retinebant constitutiones, etc. cardinales reomanus et tranensis. Petierant a Patre vicario vt aliquem mitterent, qui ipsis legeret constitutiones, et si quid ipsi rogarent responderet. P. Natalem misit vicarius. Huius libertatem vel etiam importunitatem non ferens tranensis, noluit amplius habere lectorem. |

Eramus tranquilli quidem, non absque solicitudine tamen. Tandem restituta sunt nobis diploma, constitutiones, omnia scripta, quae vocauerat ad examen Paulus. Nihil damnauit: tantum agendum fortasis fore de choro innuit tranensis. Hic fuit finis tumultus duorum illorum Patrum. Vbi operae precium est mode**106**rationem Societatis suspicere atque clementiam. Nihil in

---

[1] SACCHINUS, loc. cit., n. 86.
[2] Sc. decretum ne Roma discederent.
[3] SACCHINUS, loc. cit., n. 86.
[4] SACCHINUS, loc. cit., n. 87.

Bobadilla, nihil in Pontium, nihil in alios statuit grauius, quasi omnia vellet benignitate potius et charitate tractari, et bono magis quam malo duci nostrorum animos [1].

Quum seditio haec ferueret acriter, ex rei indignitate permotus P. Natalis inuectus in Bobadillam et subscriptores: «Si, inquit, vicarius non est P. Laynes, ego sum, et habeo | obsignatas patentes a P. Ignatio. Sine horum (inquit) capita mihi exercenda (?) [2]: ego illos eo redigam vt te auidissime petant vicarium [3]» hic (?), quum nullus verbum addidisset, statim soluta est congregatio.

Habebantur congregationes, sed obseruatum est obfuisse illas non mediocriter. Eo tempore fuit inchoatus in collegio ille vsus, qui postea obtinuit in Societate, vt in vacationis [tempore] fierent exer**107**citia et alia, mortificationes, etc.

Iam firmata pace inter Philippum et Paulum, serio euocauit Patres vicarius ad congregationem generalem, vt conuenirent ad principium unij proximi anni 1558.

Migrauimus ex domo illa propinqua Mineruae ad domum Saluiati ad plateam vlmi. Detulimus nos omnem suppellectilem ad nouam domum, nullo vsi baiulo mercennario [4]: antequam ex ea domo migraremus, fuit immodica illa inundatio: | dimisimus iuniores et imbecilliores ad patrum domum; nos mansimus ad 40 et tota est domus altis aquis circumdata. Timuimus periculum, sed nihil acceptum est detrimenti.

108 **1558**

Antequam venirent Patres, concepit et edidit Pater vicarius 12 canones, qui aduenientibus Patribus traderentur obseruandi ad synceritatem electionis. Hi canones recepti sunt, et vsurpati in prima et 2.a congregatione, tametsi non probabat[ur] P. Natali exemplum, vt posset vicarius praescribere electoribus, nisi

---

[1] Sacchinus, loc. cit., n. 89.

[2] Lectio dubia.

[3] Ms., *vicarius*.

[4] Sacchinus, loc. cit., n. 91.

quod in constitutionibus esset [1], vel a maiori parte congregatorum | Patrum probaretur [2].

Venerunt ad placitum tempus electores ex primis Patribus Salmeron, Simon, Bobadilla, prouinciales, Canisius Germaniae, D. Torres Portugalliae, Domenecus Siciliae, Baptista de Barma, viceprouincialis Aragoniae. Erat quidem prouincialis Aragoniae P. Strada, sed hic, causatus suam valetudinem infirmam, non venit. Idem causati sunt P. Franciscus commissarius, P. Araoz, prouincialis Castellae, et P. Bustamantius, prouincialis Bethices; itaque abfuerunt 3 prouinciales et vnus. **109** Existimantur adhuc necessario euocandi commissarii [3].

Primi professi nulla lege constitutionum fuerunt euocati, sed consensu et probatione Patrum, propter eorum dignitatem. Ex Portugallia venit professus P. Mjron, ex Gallia P. Pelletarius, ex Germania Lanoius et P. Vsmarus; ex Flandria, vbi adhuc non erat prouincialis, venit professus P. Euerardus, ex Portugallia P. Ludouicus Gonçales et P. Gonçalus Vazaeus, ex Sicilia P. Vinck, P. Plaça ex Bethica. |

Erant Romae electores, Pater vicarius, P. Polancus et P. Natalis, vt commissarius generalis, non erat enim adhuc definitum de commissarijs. Aduenerunt praeterea procuratores aliqui, de quibus postea.

Quum iam omnes conuenissent Patres supradicti, praeter Barmam, qui pridie electionis peruenit, fuit tamen ad electionem admissus, et non essent expectandi P. Franciscus, Araozius, Stradius et Bustamantius, vt quos sciremus non esse venturos; agi coeptum est de **110** electione, et primum censuerunt Patres agendum de ijs, quae ante electionem; quod antequam faceremus, de consensu Patrum adijt Paulum Pater vicarius et Salmeron de his rebus. Benigne fuerunt accepti. Dixit: «Hanc benedictam Societatem ego iuui». Laudauit praeterea diuam Magdalenam, et illud nominatim attigit quod ad horas canonicas leuaretur ab angelis, perpetuo scilicet retinens animo chorum. |

---

[1] Ms., *est in constitutionibus esset.*

[2] SACCHINUS, loc. cit., lib. II, n. 16.

[3] Ms., *euocandos commissarios.*

Probauit inchoari congregationem. Benedixit. Suppleuit defectus, etc. Dixit praeterea velle nos vti nostra libertate; tantum vt interesset congregationi cardinalis Pachecus loco carpensis, protectoris, qui erat absens [1].

Detulit P. Salmeron ad Patrem vicarium audisse se a P. Leonardo, rectore coloniensi, quod diceret P. Cornelius Wischauen P. Natalem futurum generalem: mouit hoc Patrem vicarium, conuocatis aliquot Patribus, et inter eos Natali: proposuit quae **111** audierat: negauit se quicquam scire P. Euerardus: Natalis dixit nescire quid alij dicunt de se, nec curare: Patres posse credere quod vellent: se non commotum iri, X.o propitio, modo testaretur coram Deo iniuria id vocari in dubitationem: et tamen interrogauit ea de re Pater vicarius per Polancum, qui videbantur interrogandi, qui quum omnes negarent se quicquam scire, destitit Pater vicarius. | 21 Iunij coeptae sunt haberi congregationes de ijs, quae erat necessum constituere ante electionem. Sunt 7 diebus habiti conuentus: extant, quae definita sunt, in actis prioribus primae congregationis, et iuxta haec acta transacta est electio: in actis vero posterioribus dictum quam authoritatem illa acta priora essent habitura in posterioribus 2.ae. Sunt emendata aliqua ex parte, alia confirmata.

Voluit summus pontifex re**112**ferri ad se per alexandrinum et tranensem de ratione electionis: probauit omnia, praeter excommunicationes illas seueras, etc.; sed de his in actis prioribus illius congregationis. Dixit non esse absentium suffragia admittenda. Inchoatum quatriduum 28 Iunij. Indicta ieiunia, flagellationes, missae, etc.: facta est informatio ex formula, in qua illud est dificillimum et plenum periculo, vt plane sit necessum inter electores vulgari omnia mala primariorum Patrum, etiam secreta, modo ne in confessione | sacramentali sciantur, quod non singulare detrimentum afferre potest Societati.

Absoluta hora orationis, cardinalis Pachecus, qui nomine Pauli intererat electioni, post pauca, quae ad exhortationem attinebant, dixit obseruanda in electione, vt eligatur legitimus, probatae vitae et sanae doctrinae: dubitasse Paulum an esset futu-

[1] Sacchinus, loc. cit., nn. 17, 18.

rus perpetuus generalis [1]; sed rem permittere arbitrio Societatis: non esse absentium suffragia admittenda: velle plane summum pontificem vt nostra libertate vtamur: supplere de**113**fectus: remittere rigorem illarum excommunicationum: videri Sanctissimo vt habitet generalis Romae, nisi esset ex necessaria causa visitanda Societas. Postremo absoluit et dispensauit cum omnibus ad legittimam electiomen.

Datis suffragijs, ex 20, quot erant electores, retulit P. Laynes 13, 4 P. Natalis, vnum P. Paschasius, vnum P. Lanoius, vnum P. Franciscus a Borgia. Magna omnium consolatione est audita et recepta electio [2]. |

Consecutae triduo disputationes ad Rotundae. Deinde inchoatae congregationes de negocijs Societatis. Admissi ad has congregationes procuratores. Sunt illa decreta facta, quae extant in actis posterioribus primae congregationis generalis.

6 Iulij admissa est tota congregatio ad Paulum. Sumus ab eo accepti benigna ac liberali oratione: qua oratione canonicam dixit ac piam fuisse generalis electionem, atque illam confirmauit: laudauit Societatis initia. Praedicauit eius incrementa, quae **114** acceperat, tum numero, tum fructu. Se, antequam esset pontifex, Societatem iuuasse, ac pollicitus est se illam esse adiuturum. Appellauit semel aut iterum beatam Societatem. Copiose nos est adhortatus ad capescendam crucem. Diserte dixit futurum quod ad labores, contumelias, persecutiones, ad mortem vocemur propter nomen [Jesu] eiusque ecclesiam. Benedixit nos omnes ter praesentes, simul absentes omnes, quotquot in Societate versantur. | Confirmauit Societatem, omnes eius gratias, indulta, priuilegia, tam spiritualia quam temporalia, quaecumque vel a se vel ab alijs summis pontificibus accepisset Societas. Postremo singuli, pedes osculati, accepimus proprias benedictiones. Detulit Pater generalis Societatis obedientiam.

Dixi pauca de Societate et electione, omnia esse sub arbitrio et auctoritate Suae Sanctitatis. Benedixit iterum Paulus [3].

---

[1] Ms. *generalem*.
[2] SACCHINUS, loc. cit., nn. 29, 30.
[3] SACCHINUS, loc. cit., nn. 36-42.

Designauit 3 cardinales, **115** neapolitanum, alexandrinum et tranensem, per quos facile ad ipsum referre possemus, si quid occurreret.

Factus prouincialis regni neapolitani P. Salmeron. Factum liberum P. Araozio vt alter[utram] prouinciam eligeret, vel Castellae, vel Aragoniae; alterius esset prouincialis P. Barma.

Designauit generalis, adhibito consilio assistentium et aliorum, qui professi, quiue coadiutores essent creandi. Nullus est designatus, qui ex praescripto constitutionum non esset admittendus. Decreta sunt excepta a secretario, recitata | in congregatione: postea edita ex illis schedis, soluta congregatione, etc.

Ad finem Augusti vehemens Patrum inclinatio ad soluendam congregationem: inde factum, vt, quum alij proposuissent suas dificultates, ego non proposuerim. P. Violas fuerat quidem euocatus ad electionem, sed venit tamen ad finem Iulij, excusans quod literae ad eum non essent perlatae. Fuit a Patre generali, inconsulta congregatione, in eam inductus, et, nullo intercedente, dedit suo loco suffragium. **116** P. Pontius Asissio venit Romam: petijt audiri a congregatione: ita remisse dixit, vt non censeretur ad poenitentiam rediisse. Datum est negotium P. Paschasio et Salmeroni vt [1] illum curarent iuuare: quum nihil proficerent, postea a quodam Patre obiurgatus, subita quadam mutatione perculsus, venit ad congregationem, et ita suam culpam fassus est, et obtulit satisfactionem, vt censeret congregatio eius poenitentiam esse accipiendam. Redijt Asissium: inde cum P. Paschasio | Lutetiam. Bonam operam dedit deinde Societati [2].

De mutatione sententiae Pauli, et quod praeceperit chorum et ad triennium esse generalem, dictum est ad finem scholiorum constitutionum.

Putabant aliqui in congregatione actionem instituendam in Bobadillam et Pontium; nihil tamen contra Bobadillam, contra Pontium nihil, praeter id quod dixi de tota illa tragoedia: ne verbum quidem.

---

[1] Ms., *vt vt*.

[2] SACCHINUS, loc. cit., n. 54.

10 Septembris est dissoluta legittime congregatio.

Est emendata versio latina constitutionum a 4 assistentibus, et data typis.

117 Voluit me redire ad collegium P. Laynez, cui dixi libere videri rationem gubernandi collegij aliam instituendam, vt penderent omnia a superjntendente, nec eam curarent vel P. Polancus, vel P. Madrid, qui erat modus superiorum temporum. Concessit Pater, iui ad collegium, sed voluit Pater vt prius aliquot diebus locum ministrj obtinerem domi, si quid videretur emendandum.

Vrgebat edictum Pauli vt haberemus | chorum; itaque primum assueuimus cantui priuatim, dein instituimus canere in choro horas omnes canonicas theatinice, vt iusserat Paulus, id est, absque modulatione ecclesiastica continenti, et vno tono vocis, tantum vt vltima syllaba quasi contraheretur; et hic est chorus habitus in domo, non in collegio, et nulli[bi], quod sciam, in Societate praeterea admissus [1].

119 **1559 et 60** [2].

Postulatus est a regina Portugalliae et cardinali infante P. Ludouicus Gonçales, assistens, vt esset regis pueri Sebastiani institutor, et in literis, et moribus. Visa est causa idonea, cur mitteretur, praesertim quum ita contenderent illi principes, vt absque singulari offensione illorum negari non videretur posse. Discessit; non est tamen substitutus P. Franciscus alius assistens ante annum 62.

Venit P. Toletus Romam: consului vt doceret [3] metaphysicam in vacationibus, quod cessit e sententia.

Venit P. Ledesmus: is specimen variae eruditionis praebuit in suis lectionibus: ex probatione de ponderibus vsque et mensuris dixit. |

Quum Paulus abiecisset nepotes omnes, praeter cardinalem neapolitanum, vidimus Romam moribus reformatam.

[1] Nil scriptum est in fol. 118.

[2] Ms., *50*.

[3] Ms., *vt in doceret*.

Eo tempore frequentius euocabat Patrem generalem: benignissime cum illo agebat. Pollicitus est se velle fundare **120** collegium, emere iam primum nobis domum; ne tamen illud publicaremus, ne fieret domus emenda carior; verum non diu superuixit.

Sede vacante, seditione excitata, romanj euerterunt domum inquisitionis Ripetam: reuocauit illos a monasterjo, ad quod eůertendum venerant: minati sunt ad comburendum collegium et nostrum venturos: non venerunt tamen. Venit tantum frater Tyberij sublimi in equo: conuenit | solus: discedit paucis diebus clanculum Tyberius.

Fui hoc anno et sequenti in collegio: commeabam quotidie ad congregationes Patris generalis: eram saepe illi ingratus, et alijs Patribus assistentibus molestus propter meam importunitatem ac rusticitatem.

Disputabam fere cum theologis diebus sabbati. Ex Eautontimerumeno Terentij feci [1] honestam comoediam. Fere maximam scholiorum partem in constitutiones et declarationes absoluj.

121 Meditatus sum in [2] euangelia ex pandecta, quas meditationes vellem scripsisse. Plus spiritus videbar [3] et intelligentiae mysticae ex illis recepisse quam vnquam antea, retinuj tamen aliquem sensum illarum meditationum.

Mortuo Paulo, venit in [4] dubitationem P. generalis de choro et de triennio sui officii; verum de his dixi post fine[m] scholiorum in constitutiones [5]. |

Adiecimus animum in eas aedes, vbi nunc habetur collegium, quae partim complectabantur residuum palatij Pauli, quum esset cardinalis, partim domum marchesiae a Valle, et alias domos, quae emptae erant ad coenobium monialium diuae Clarae instituendum. Mortuo Paulo, renuntiarunt illi monasterio. Applicatio illarum domuum spectabat ad marchesiam, quum ea inclinaret vt

---

[1] In ms. hoc verbum iteratur.

[2] In ms. *in* iteratum.

[3] In ms. hoc verbum repetitur paulo infra.

[4] Ms., *venit in venit in*.

[5] In ms. prius scriptum fuerant *in fine*, quod cancellatum est.

potius ad collegium daret domos, quam ad aliud opus pium; voluit tamen vt illud imperaret Pius 4, quod liberaliter fecit Pius. Itaque dedit marchesia **122** omnes illas domus, illam insulam collegio, praeter paruulam domum trjtoris, ita tamen dedit, vt 1500 △ (opinor) essemus ipsi numeraturi, et precium, quo ipsa erat per se conductura domum, vbi habitaret. Illam pecuniam dissoluimus. Hoc precium paucis annis remisit; liberaliter autem semper est pollicjta, sed fere nihil amplius dedit hactenus collegio. Agentibus aliquot cardinalibus, et inter primos Sabello, assignauit eleemosynam collegio Pius 50 △ singulis mensibus [1].

Ad finem anni 1560 decreuit mittere commissarium ad visitandam vniuersam Societa | tem [2], quod antea quidem statuerat, sed noluerat tam cito 2 assistentes ablegare. Postea vero dificultas rerum hispaniensis [assistentiae] fecit vt longius illam missionem non diferret: simul penuria rei pecuniariae vrgebat.

Erat P. Franciscus in Hispania commissarius, Araozius prouincialis vtriusque Castellae. Intelligebatur Araozio non bene conuenire cum P. Francisco, quod iam non solum ad nostros, sed ad externos permanauerat, atque **123** adeo ad regiam.

Discesserat P. Franciscus in Portugalliam post captiuitatem archiepiscopi toletani. Videbantur illi infensi et rex et hispalensis. Scripsit tamen seriam epistolam P. Franciscus ad regem, quibus [litteris] suum animum probabat Philippo, et excusabat, si quid alienum de se ille conceperat.

Regis offensio orta dicebatur ex matrimonio M.i Montesani, etc.; hispalensis ex quibus[dam] suspitionibus. Araozius existimabatur potuisse | illas offensiones pacare; quod quum non faceret, videbatur augere. Retinere videbatur memoriam quod fuerat ablegatus a P. Francisco in Aragoniam, quod dure acciperetur, quod interdiceretur illi consuetudo aulica, quod ipse gereret suam prouinciam, occupato prouincialis officio. Vterque dabat literas ad Patrem; videbatur necessarius esse aliquis inter illos sequester, etc.

---

[1] SACCHINUS, loc. cit., lib. IV, nn. 5, 6.

[2] Ms., *Societatatem.*

Crebris [1] literis ex Portugallia significabatur necessitas collegij eborensis et conimbriensis, et periculum, nisi confestim succurreretur. Videbatur quasi schisma quoddam: hinc Araoz, inde P. Franciscus.

Voluit me Pater 3.o proficisci in Hispaniam, dein **124** ad [2] alias prouincias. Dedit auctoritatem generalis commissarij, a qua nullum exemjt: dedit facultatem et quas literas ex commissione scriberet P. Polancus, possem ego interpretari.

Accepi literas a Pio, et a Patre ad Philippum literas commendaticias, benedictionem etiam a Pio. [3] Fuit mihi studiose commendatum a Patre vt curarem vniformitatem induci per omnes prouincias. Petij socium Ximenem, qui habebat quidem vota Societatis, sed adhuc versabatur in collegio germanico cultu seculari. Discessimus ex vrbe 18 Nouembris [4].

Ienuae expectauimus donec nauigarent triremes hispanicae, quae soluerunt | ex portu in festo diui Thomae. Absolui scholia Ienuae. Passi sumus in pelago narbonensi [5] seriam tempestatem. Eruit nos Dominus, quum fere esset salus deplorata.

IN HISPANIA 3.° [6]

1561

Venimus Barchinonam, vbi nihjl egi pro officio; properabam ad Castellam vel P. Franciscum.

COMPLUTI, PRIMO

Inde Complutum: hic conueni Araozium: intellexi de rebus P. Francisci alijs, et quod cum Bustamantio discesserat ex Portugallia, Romam habens iter; sed ex itinere, quum parum esset
125 Castella progressus, redijt in Portugalliam.

Misi proprium nuntium ad P. Franciscum, de consilio Patrum

---

[1] Ms., *crebis*.

[2] In ms. *ad* repetitum est.

[3] Has litteras vide in t. I, pagg. 358-361.

[4] SACCHINUS, loc. cit., lib. IV, n. 196.

[5] Ms., *narbanensi*.

[6] In margine hic titulus repetitur.

Portum, si illi videretur esse conueniens, vt in Castellam veniret: et ego quidem nihil illi praescribebam, sed magis in eo eram vt rediret, et plane ageret et confidenter: id plane non videbatur alijs, praesertim Sayauedrae [1].

Magna erat dificultas in casibus reseruatis, in quam impingebant fere omnes, et Araozius non mediocriter: videbantur | peccata venialia reseruari, etc.

Ipsorum auditis dificultatibus, subijt illam dare resolutionem, quae fuit probata a P. Layne, et est in manibus nunc omnium: qua audita, nihil amplius quisquam habuit vel dificultatis vel dubij, ac ne Araozius quidem.

Dum expecto responsum a P. Francisco, fuit vtile Chuencam proficisci, vt agerem cum canonico Marchina de fundatione illius collegij [2].

126 v CHUENCAE, PRIMO

Concepi in itinere catarrhum, qui me exercujt extra ordinem Chuencae aliquot dies. Fuit dificile cum canonico Marchina transigere de formula fundationis; et tamen post multas disceptationes, superatis omnibus dificultatibus, transactum est.

Ibi primum confecta illa ratio fundationis, vt libere fundatores instituant, et dotent collegium, ac donent Societati absque conditione. **127** Societas dein recipiat, praescribat sibi, quae velit praestari a suis in collegio, etc. [3].

Egi cum D. Vergara, et attigi illam dificultatem, quae apud illum erat magna, vt contentus famulo seculari, nostrum dimitteret Michaëlem. Egi de fundatione collegij complutensis [4], etc.

128 COMPLUTI, 2.°

Quum rediissem Complutum, paucis diebus accepi a P. Francisco literas, quibus intellexi illum esse in Castellam venturum. Itaque fuit necessarium vt ad regem adirem, et darem illi literas

---

[1] Sic, pro *Saavedrae*. De his SACCHINUS, loc. cit., lib. V, n. I.
[2] Fol. 126 r. vacuum remanet.
[3] SACCHINUS, loc. cit., n. 7.
[4] Fol. 127 v. nil scriptum habet.

Pontificis et Patris, nec inchoare quicquam ex officio facere, antequam illum conuenirem.

TOLETI

Veni Toletum, vbi domunculam et sacellulum habebant nostri: eo reperi P. Antonium, quem ego euocaueram.

Agnoueram Compluti antea | in Araozio nescio quid offensionis: hic in dies offendebam maiorem, ita vt magna opus haberem industria, vt illius animum commode tractarem: mihi quidem displicebat.

Sunt expeditae et missae pecuniae Romam: opinor illas fuisse ex reliquiis iuris P. Francisci. Conueni aliquot magnates: in his comitem feriensem et Rodericum Gomez: vterque suspiciebat Araozium. Egit serio apud me Rodericus ne reciperemus neophytos, cuj grauiter **129** respondi, adductis argumentis, quibus confirmabam nostram libertatem, etc.

Per Araozium salutaui hispalensem: egit mecum de toletano: dixit non solum damnari eius catechismum, sed in eo haereses. Quum videretur eleuare cardinalium auctoritatem, confidenter dixi illos principes vniuersalis ecclesiae, etc. Quum offerrem opus Societatis ad sanctum officium, libenter accepit, et dixit se vsurum.

Tandem potui dare literas regi, quod | curauerat Araozius; sed ita curauerat, vt nihil mjnus curare poterit: fui enim admissus, quum iret ad missam, obiter. Fui ego pertubatus, respondit humane: «Seays bien venido, hablad á Ruigomez [1].»

Literas tamen audiui esse relatas ad hispalensem.

Cum Roderico egi de literis commendatitijs [2] regis ad Pium: eas misit Araozius. Timebat sibi D. Rodriguez, ne ab hispalensi interrogaretur. Illum eo facilius misi, **130** vt iuuaret neophytos ex sarracenis, sed ille recta Romam. Discessi Toleto 20 Martij, admodum pertaesus consuetudinem cum aulicis. Hic vidi Malferitum, Rieram et Torroëllam. Accepi ab Araozio, in quibus dubitabat vel dificultatem sentiebat, et a P. Antonio, etc. |

---

[1] SACCHINUS, loc. cit., n. 8.

[2] Ms., *commendatijs*.

AUILAE, PRIMO

Parum hic substiti, sed dedi quibusdam consilium de re, quae ad inquisitores attinebat; quod consilium intellexi postea fuisse gratum inquisitoribus. Hic intellexi vsum fuisse ducem albanum opera vnius e nostris.

131 SALMANTICAE, PRIMO

Nec hic substiti, sed recta Portum. |

AD PORTUM, PRIMO

Repperi P. Franciscum et Bustamantium: hic discesserat a sua prouincia, quod aegre ferret suam rationem gubernandi non probari ab aliquibus primarijs Patribus, quod saperet monachismum. P. Franciscus visus est affecta esse valetudine. Confessus est generaliter. Egi cum eo de suis, de Araosij, et prouinciarum rebus. Ibi concepi interrogationes, quibus postea vsus sum in visitatione. Incoepi habere aliquas **132** exhortationes.

Erat initium aliquod collegij siue domus: erant omnia fere incommoda, praeter amoenum hortum, sed qui esset in magna montis decliuitate. Examinaui quidem, sed non audiui aliorum confessiones tunc, sed rediens. Egimus de profectione P. Francisci, sed non definiuimus. Volui visitare Braccharam et Monteregium [1].

133 BRACCHARAE, PRIMO

Venjt mecum Bustamantius. Hic erat rector P. don Ignatius. Erant in collegio cardinalis, vbi docuerat Clenardus, anguste quidem, et tenuiter, nisi quod erat sacellum sat commodum. Ibi incoepi colligere ex dubiis, quae acceperam ab Araozio, etc.; ea colligere, quibus postea responderem. Habui exhortationes et examina, audiui confessiones. Reliqua | in reditum distuli [2].

---

[1] SACCHINUS, loc. cit., nn. 10, 11. Fol. 132 v. purum remanet.

[2] SACCHINUS, loc. cit., n. 12.

134 MONTEREGIJ

Venit huc etiam Bustamantius, nam, quum aegre videretur rediturus in suam prouinciam propter causam, quam superius attigi, commodum videbatur vt me iuuaret in visitatione, donec ad eius prouinciam veniremus. Mutaui tamen postea hoc consilium, et Monteregio illum remisi in suam prouinciam, data instructione; non enim visum est consultum, vt careret prouinciali prouincia tam diu, et ego non egebam eius opera | in visitatione, et illi facile persuasum est vt ad suos rediret. Erat in hoc collegio bonus P. Valderrauanus, [1] rector. Habebant 4 classes et professorem casuum conscientiae. Erant incommode, anguste, sine ecclesia, sine fundatione, quum sit oppidum tenue vix domorum 40; eo tamen a vicinis pagis, ad lectiones conueniebant ad 400 scholastici auditores, maxima ex parte pauperculi. Afferebant non vul**135**garem fructum.

Visitaui; quo nomine complector examina, confessiones, renouationem votorum, quae fere fiebant, et exhortationes. Non potuit agi de fundatione, quod comes non aderat. Quod ad aedificium attinet, praescripsi quae videbantur. Illud item, vt commodius esse possent, interea dum nouum aedificaretur collegium.

Vidi eremitorium, siue inchoatam ecclesiam, miliario ab oppido, quae nobis erat data. Censui illam [2] | nulla ratione esse retinendam, propter quaestum eleemosynarum et obligationem ad aliquas missas celebrandas, quae videbatur subsequi.

Habita hic fuit [3] non incelebris disputatio theologica, cui interfuit doctor Oroscus et Bustamantius. Acriter disputauit Rengiphus, professor casuum.

Visum est egere hoc collegium [4] gratia et auxilio episcopi auriensis, sub cuius est diocesi, propterea veni ad eum cum Valderauano. De collegii fundatione **136** egi postea Salmanticae cum nouo comite don Hieronymo [5].

[1] Ms., *Valderrauus.*

[2] In ms. *illam* repetitur.

[3] Ms., *hic fuit hic.*

[4] Ms., *collegio.*

[5] Nil in fol. 136 v. scriptum fuit.

137 AURIAE

Humane nos recepit episcopus: pollicetur [1] liberaliter: placuit non mediocriter pietas et doctrina huius episcopi. Hinc, remisso ad suum collegium, venimus ad monasterium S. Foelicis. |

AD S. FOELICEM

Hic repperi P. Franciscum Henrichem, procuratorem prouinciae, quo venerat propter negocia. Erant enim res ibi perturbatae, propter libertatem, quam fecerat P. Franciscus colonis, vt liceret ipsis de suo iure et nostrorum exactionibus conquerj, [2] etc. Nihil ego definiui, sed negocium remisi ad P. Franciscum, vt cum illo agerent nostri Vlissyponae.

Semper censui esse remittendam curam parochorum et **138** electionem ad episcopum. Nos tamen non debere negligere vt utilitatem aliquam afferremus animabus illis per concionatores et aliquem probatum confessarium, etc.

Visum est necessarium, qui illuc sunt mittendi ac mansuri, vt sint probatissimi, propter solitudinem loci et paucitatem nostrorum, etc. [3]. .

139 BRACCHARAE, 2.°

Non egimus de fundatione collegij, quod abesset archiepiscopus, profectus Tridentum ad concilium. Tamen egimus de emendis domibus e regione collegij, et dictum est vt ecclesia capax ex altera parte vici aedificetur. Alia sunt praescripta, etc. Actum de bonis P. don Ignatii, et coepi concilium, quod posset pars aliqua Romam mitti. | Habebatur hic lectio casuum conscientiae cum fructu et exercitio ad simplicitatem audientium accommodato.

140 AD PORTUM, 2.°

Residuum visitationis absolui. Audiui confessiones, etc. Re-

---

[1] Ms., *polliciter.*

[2] Ms., *conquaerj.*

[3] Nil scriptum in fol. 138 v.

spondi dificultatibus. Constituerat P. Franciscus hic expectare, donec ego, veniens in Castellam, viderem [quid] illi esset agendum. Et ego quidem bene sperabam, vt semper. Deduxit me, abeuntem Conimbriam, ad monasterium del Pedroso, ad 2 miliaria. In hoc multa dixit de Araozio, etc.

Non censui esse permittendum vt Goueas (etiamsi legittime id posset), relicta vxore, reciperetur ad Societatem, vbi iam habebat 3 filios. Non habebam exemplum, et non putabamus bene esse audituros, si id fieret. | Iudicaui vtilius si domus illa portuensis fieret secessus quidam pro conimbriensibus valetudinarijs, etc.

141 CONIMBRIAE

Hic erat P. Michaël de Sosa rector. Inferius [*sic*] collegio P. Cyprianus rector.

P. Miron missus fuerat in regnum Aragoniae a P. Francisco, vt esset prouincialis; obierat enim P. Barma, sed, designato P. Cordesio, Miron fuit missus Mursiam, vnde fuit reuocatus Conimbriam, vt ageret superintendentem, quod prius.

Hic, propter multitudinem, vt agnoscerem omnes, incoepi illud institutum tenere, vt comederem in cubiculo quidem, nihil extra ordinem tamen, et mecum aliquj ex Patribus et fratribus per vjces [1].

Egebat renouatione hoc collegium, vt scripserant ad Patrem, | propterea necessum fuit diutius hic haerere, et diligentius agere, quod etiam multitudo flagitabat. Non placebat Andrada, et fortasis, male sibi conscius, discessit clanculum. Quibus diebus primum veneram eo, etiam accuratius data est opera ad spiritus et rerum omnium renouationem. Incoepi igitur habere exhortationes, quibus adeo fuerunt accensi vt magna sequeretur mutatio, magna confirmatio **142** animorum: secuta examina et confessiones generales, non solum ab vltima, sed iam inde postquam venerant ad Societatem [2].

Habui item subinde collationes de ijs, quae dixeram in ex-

---

[1] SACCHINUS, loc. cit., n. 14.

[2] SACCHINUS, loc. cit., n. 15.

hortationibus, quae non mediocriter animos fratrum excitabant [ad] pietatem [1].

Etiamsi non admodum me mouebat defectio Andradae, tamen, quod intelligebam gratum fore multis, diligenter misso P. Michaële Gomez, illum curaui inquiri, et, promissa | errati obliuione, reduci. Satisfactum quidem hac diligentia fratribus, illa tamen non est repertus.

Ne abitio Andradae Vlisyponenses turbare posset, dixi Mironi vt scriberet literas, quibus significaret quantus esset fructus collegio allatus illis paucis diebus; tantum tamen abfuit vt obesset [2] animis fratrum illa fuga, vt inde occasio maioris confirmationis sit accepta.

Habebam frequentes exhortationes, vt nullibi plures **143**
habuerim. 20 (si recte teneo) fuerunt, quod non fuit mihi graue: illud fuit, quod fuerint mihi tam multa et varia proposita negocia, dubitationes, djficultates, quibus necessum fuit omnibus respondere: et primum quidem de negociis, quae proponebat procurator Franciscus Henrices, actum est, et remissus Vlysiponam ille Pater [3].

Hic mihi obtigit quod non videtur omittendum. Solebant consiliarij ita agere | in consultatione: vt fere singuli nihil aliud, dubijs iniectis, rem [4] facerent obscuriorem et magis incertam, vt plane non posset constare superintendenti. Hoc quum, habita [una] aut altera consultatione, mihi contigisset, confidenter omnibus consultoribus [dixi] vt abirent, maneret Miron et rector, qui mihi proponerent res suas: me, illis consultis, breuiter responsurum. Quod mihi et fuit necessarium, et bene cessit; alioqui, quum illo collegio fuerim 2 menses, non fuissent satis octo. **144**
Et tamen quae responderam curabam exhiberi iudicanda alijs consiliarijs, et mutabam, si quid bene videbantur admonere. Hac methodo euasi *duuidas* portugallenses: ita ipsi appellant dubitationes [5].

---

[1] SACCHINUS, loc. cit., n. 19.

[2] Ms., *obedesset*.

[3] SACCHINUS, loc. cit., nn. 14, 15.

[4] Ms., *res*.

[5] SACCHINUS, loc. cit., lib. v, n. 14.

Fuerunt plures responsiones hic factae, quam in alijs collegijs. |

Eram ego occupatus in visitatione, quum ecce tibi venit ad me P. Franciscus. Venerat ex Castella P. Sayauedra [1], ad cuius aduentum, mutato consilio, statuit Romam proficisci; et, vt periculum vitaret, nauigare ad proximum portum Baionae. Inde per Galliam, tum Romam contendere.

Ego, quum essem iturus in Castellam, necessarium duxi **145**
ita me de hac itione agere, vt semper esset mihi integrum profiteri ac iurare me auctore illum non esse profectum, vel consentiente; non potuisse tamen impedire, quod ea in re ipse accepisset a P. generali libertatem.

Acceperat literas a P. Layne, qui jntellexit probari illo profectionem: acceperat breue apostolicum, quo euocabatur, in quo illud ego noluissem expressum: petentibus cardinali ferrariensi | et P. Layne esse concessum.

Dico igitur illi vt ipse per se statuat: me non posse impedire [2].

Confirmat, quae statuerat, nauigare. In eam rem accipit Ljonello de Lima et 400 △ ex illis P. Ignatii.

Nauigat, sed 2.o die afflictus nimia iactione et salo, et ipse et socij redit ad S. Felicis [3]. Inde significat per literas, se quandoquidem non successit nauigatio, iter ingressurum, vt per Castellam eat.

146 Vehementer et mihi et alijs Patribus displicuit hoc consilium, quod in certum periculum se videretur conijcere. Ita, auditis Patribus, e uestigio missis literis, constantissime disuadeo profectionem, atque etiam illam improbo. Has literas mitto ad illum, seruo apud me exemplum obsignatum a me et a Patribus, quibus probarem nihil attinere vel ad me, vel ad Societatem illam itionem.

Etiamsi nihil est morae positum in scribendis | et mittendis his literis, tamen non potuit nuntius illum consequi; statim enim

---

[1] Sic, pro *Saavedra*.

[2] SACCHINUS, loc. cit., n. 21.

[3] Ms., *Ficilicis*.

quam dederat ad me literas, erat iter aggressus. Eramus omnes vehementer soliciti. Orabamus vt bene cederet illa subita discessio [1].»

Absolui visitationem magna cum animorum renouatione et fructu, X.º gratiae. Respondi omnibus dificultatibus. Habebant in maximo collegio admodum paruum, incommodum, et humile sacellum. Dixi vt **147** coniungerent nouis cubiculis [2] aedificium ad rationem templi, et ita accommodatum, donec magnum illud templum aedificare possint; quod successit, etc.

Dixi item vt separarentur a collegio omnia externorum seruitia, empta contigua domo, ad pistrinum et clibanum. Illis seruis et mercenarijs [3] vt vnus aut alter e fratribus praeesset. Fuit vtiljs collegio haec separatio. Datus est hic catalogus mortificationum, | quod intellexi postea attulisse singularem vtilitatem fratribus et animorum excitationem ad pietatem [4].

Scripserat ad me P. generalis, vt mitterem aliquos, qui collegio romano possent esse vtiles. Ex Portugallia misi Perpinianum, quem videbantur non aegre dimittere. Scripsi Castellam, vt mitterent cum illo Marianam, Acostam, Paëm, Ramirum; et profecti sunt, nullo intercedente, etiamsi intelleximus postea fuisse ab hispalensi [missos], qui illorum **148** iter impedirent: egressi iam fuerant Hispaniae fines [5].

Vidi praemiorum scholasticorum exhibitionem. Vidi item enigmatum propositionem. Disputarunt philosophi. Omnia libenter vidi et probaui. Dixi vt Petrus Fonseca commentarios conscriberet [6] in philosophiam. Scripsit et edidit institutiones dialecticas: nescio an vlterius sit progressus.

Renuntiaui rectorem collegij inferioris | P. Emanuelem Rodrigues [7], tametsi ipse ex humilitate recusaret, et se diceret ido-

---

[1] SACCHINUS, loc. cit., n. 22.

[2] Ms., *cubiculi*. Ita emendandum hoc verbum patet ex iis, quae fusius de eodem negotio scripsit Nadal in epist. 137, n. 10.

[3] Ms., *mercennariis*.

[4] SACCHINUS, loc. cit., n. 20.

[5] SACCHINUS, loc. cit., n. 23.

[6] Ms., *conscriberem*.

[7] Ms., *Rodriges*.

neum grammaticum posse docere cum fructu in 4.ª classe, quae esset amplissima.

149 EUORAE, PRIMO

Euoram volui venire antequam Vlysiponam; eram enim acturus [1] de statutis vniuersitatis illius cum cardinali infante; propterea existimaui necessarium vt viderem prius quo loco erant res illius collegij.

Eo euocaui P. Gonçalum Vazium, quem quum cogitarem designare prouincialem, volebam eius mores et ingenium | et industriam vel illo tempore experiri; iam primum enim vbi veni in [2] Portugalliam, existimaui necessario esse creandum nouum prouincialem, propterea quod D. Torres non poterat vtrumque munus tueri, et confessarii reginae et prouincialis, praesertim quum [?] visitare non posset prouinciam, non enim poterat abesse a regina, etc.

Intellectis quae erant inquirenda Euorae, venimus Vlysiponam, adducto P. Leone, qui erat necessa[rius] **150** ad negocium sui collegij. Valebat alioqui plurimum auctoritate et gratia apud cardinalem [3].

151 VLYSIPONAE

Hic visitaui, etc., et respondi, etc. In collegio impegit in dificilem persuasionem quidam frater doctus, non posse obligari Societatem illa regula de delatione fratrum absque discursu euangelico. Laboratum est non mediocriter; non enim illi poterat veritas persuaderj, et ex probatioribus aliquis dubitare videbatur. Tandem, auditis Patribus, dixi | illi fratri esse indicendum grauissime ne quicquam plane ea de re cum quocum ageret, scriberet ad Patrem generalem, expectaret responsum, et polliceretur se accepturum Patris definitionem. Hoc si nollet, me domo illum eiecturum. Profuit haec sententia, nec fuit necessum Patrem consulere. Et tamen, quod haec persuasio dicebatur fuisse alio-

---

[1] In ms. *acturus* iteratum est.

[2] In ms. haec particula cancellata est.

[3] Fol. 150 v. nil scriptum habet.

rum, et exposui commode illam regulam [1], et curauj vt P. Leo scriberet pro regula, et scripsi ego, quae **152** volui esse parata ad edendam declarationem et apologiam illius regulae.

Rogauit me enixe Toleti nutrix Philippi, Eleonora Mascharenia, nobilis virgo, vt domum eius et agrum, qui ex altera parte Tagi respicit Vlysiponam [viderem], velle se sacellum illic aedificare, etc. Erat res grauis; petebat enim illic constitui vnum aut alterum sacerdotem. Non potui tamen illud non polliceri, et inuenire rationem, quae faceret | vt ex instituto illud esse videretur, si coniungeretur collegio sancti Antonij, vt domus recreationis. Venimus, vidimus locum, sed bona virgo mutauit sententiam, quod nobis fuit gratum. Ita euenit vt illi obsequeremur, cui plurimum debebat Societas, et nos onere leuaremur.

Egimus, atque adeo laborauimus in accommodandis [2] statutis vniuersitatis euorensis; rem tamen pro voto transegimus apud cardinalem. Illa **153** probauit optimus princeps, reseruatum tamen iudicium generalis praepositi.

Dedit regina mihi in viaticum 500 △ aureos, ex quibus reseruaui 50: reliquos Romam curaui mittendos, cum quibus misi 400 (arbitror), quos dederat don Ignatius collegio sancti Antonij, sum enim interpretatus esse mihi integrum illam applicationem reuocare, praesertim quum videretur illud certo non affirmare don Ignatius, et tamen ea de re nunc dubito. Dedit praeterea mulam egregiam regina. |

Placuit mihi vehementer puer rex. Fungebatur institutoris officio cum fructu P. Ludouicus Gonçales. Hic per literas Araozij cognoui P. Franciscum emersisse Bajonam. Scripsit item ipse ad me et misit literas, quas illinc ad multos dederat. Has ego literas debueram supprimere, quod per incogitantiam non feci. Araoz mirabiliter conquerebatur et exclamabat ad illam profectionem **154** et literas, quas misisset quum primum venisset in Galliam, quasi ex hostili se confirmans, et contemnens aduersarios, etc. Non solum qui non bene cupiebant P. Francisco, sed beneuoli etiam

---

[1] Ms., *regula*.

[2] Ms., *accomodantis*.

vituperabant illam abitionem. Acerbius vero inuehi hispalensem, etc. Totam Castellam flagrare inuidia illius discessus [1].

Ego vero, vbi intellexi illum Baionam peruenisse, quod decubuisset Villalpandi ex febre, quod relatum | fuisset adhispalensem de eius profectione, quum esset Villalpandi, hoc est non longe ab aula, primum vehementer quamdam passus admirationem, et nescio quid virtutis diuinae et nouam rerum in P. Francisco faciem, quasi viderem e manu Domjni illam gubernatam esse profectionem, atque expectans quorsum tandem illa euaderet mutatio, neque enim videbatur vnquam fuisse iturus Romam, nisi illa euenissent, quae fecerunt vt ille Romam quasi necessario veniret, etc.

155 Illud simul iam inde statui, noluisse hispalensem quicquam moliri in P. Franciscum; nusquam enim maiorem causam obtendere, quam si ex itinere illum reuocasset; nec fuisse cur metueret P. Franciscus: per mediam aulam discesse P. Petrum Sotum, qui magis sibi timebat; non fuisse tamen interpellatum.

Negleximus castellanos rumores et exclamationes Araozij: egimus Deo gratias, quod iam extra | periculum esset bonus Pater [2].

Missum a Patre illum fratrem perusinum, qui secum diceret dispensatum a Patre, misimus Brasiliam, quae missio male cessit, etc.

Hic intelleximus ex literis romanis missum Patrem generalem cum cardinali ferrariensi in Galliam ad conuentum poisiacum, duxisse secum P. Polancum, designasse vicarium Patrem quidem Salmeronem; hic dum Romae ex**156**pectaretur, D. Madridium.

Intelleximus P. Laynez voluisse deponere generalatum, sed intercessisse apud Pium P. Stradium et Polancum; qui abrogauit edictum Pauli 4.i de triennio generalis; et confirmasse denuo constitutiones.

Liberaui prouinciam onere Caroli Aragonij, quo vehementer cupiebant leuari. Illum duxi mecum. Erat omnino designandus prouincialis: visus tandem est designandus P. Gonçalus Vazius. |

---

[1] SACCHINUS, loc. cit., n. 28.

[2] SACCHINUS, loc. cit., n. 28.

Hic non solum mihi visus est idoneus praeter caeteros, sed quem fere, quos consulueram, omnes alijs praeferebant.

Orauit me, si contingeret ipsum aegrotare, vt illi esset substitutus P. Miron, quod probaui. Renuntiaui igitur prouincialem P. Gonçalum Vazium, in quo designando nullum plane verbum feci vel reginae vel cardinali, vt darem exemplum conseruandae nostrae libertatis, quod intellexi **157** fuisse a cardinali probatum.

Simul renuntiaui praepositum domus vlysiponensis P. D. Torrem, ministrum P. Michaëlem de Sosa, subministrum P. Michaëlem Perpinianum, fratrem Petri.

Rectorem collegij conimbriensis P. Emanuelem Aluares [1].

158 EUORAE, 2.°

Fuit inutilis mula, quam dederat regina. Eam emit eodem precio mater nostri P. Andreae Caruallij, et praeterea mulam, vilem quidem illam, sed quae fuit nobis vtilis, donauit [?]: non debui accipere, etc. Mecum venit P. Franciscus Henrices et prouincialis. Visitaui quod erat [2] reliquum. Respondi dificultatibus Francisci Henricij, etiamsi dificulter, tum propter earum | magnitudinem, tum propter frequentes illius Patris intercessiones. Respondi longe facilius dificultatibus Patris prouincialis. Respondi [difficultatibus] collegij. Commendaui M.º Ferrerio vt compendium mihi conscriberet de moribus haereticorum antiquorum, etc. Non fecit.

Hic ad abigendam molestiam nobilium, qui commeabant in hortum, dixi vt deligerent Patrem aliquem probatum, quem illis coniunctum monerent, vt cum illis ageret de rebus spiritualibus; qui si non proficerent, ageret de iudicio vniuersali, de inferno, de **159** alijs rebus terribilibus, quae illos abigere possent; quod illis cessit, nam maluerunt ad hortum non commeare, quam illum Patrem disserentem audire [3].

Deduxit me ad vnum aut alterum miliare. Monitum, tum de

---

[1] Nil in fol. 157 v. scriptum est.

[2] Ms., *erat* iteratum.

[3] SACCHINUS, loc. cit., n. 29.

aliis, tum ne nimium laboraret in munere suo: illum esse infirma valetudine [1].

160 IN ITINERE COMPLUTUM

Antequam Alburchercum venirem, cogitatio me inuasit, de dificultatibus, quae essent paratae in Castella. Alburchercj reperi quemdam Patrem, quem mittebat ad me P. Bustamantius pro facultate aperiendi scholas Hispali, quam magna cum instantia postulabat: ita rogare ac velle inquisitores, ita rem efflagitare et tempus: non posse negari. | Concessi vt de ea re ageret: posse quidem fieri, sed antequam negocium concluderetur, vt me rursus scribat. Fuit negocium postea confectum e sententia.

Non longe a Placentia vidi ex hospitio fratrem Tellum, quem miserant ad me P. Araozius et Antonius cum literis [2], quibus mihi demonstrabant [3] exortos turbines in aula regis, non solum de discessu P. Francisci, sed de mea visitatione. Simul mittebant illum fratrem, vt laboran[tem] **161** in vocatione vel iuuarem vel dimitterem.

Fuit frater restitutus, X.º auctore, quum illi diserte dixissem vt explicaret siquam causam idoneam haberet, propter quam esset dimittendus; me facile ilium dimissurum, si illam intelligam, etc.

Quod ad alia, fuj quidem solicitus, sed animo tamen, X.º propitio, confirmatus, minimeque deterritus.

Paulo post repperi alium fratrem | ijsdem de rebus, quibus illud etiam consulebatur ad aulam regis ne irem, sed Placentia discederem Salmanticam. Hoc consilium mihi non placuit, vt irem Salmanticam; placuit ne in aulam: ita statui recta venire Complutum [4].

Veni Placentiam: statim intellexi literas esse regias ad me.

Veni vltro ad praetorem: interrogaui si quid haberet literarum ad me: respondit habere.

---

[1] Fol. 159 v. vacuum remanet.

[2] Ms., *litris*.

[3] Ms., *demostrabant*.

[4] SACCHINUS, loc. cit., n. 36.

Lectis literis, quo ritu solent, aduocatis testibus, respondi **162** me fore in obedientia: nec, praeterquam videam esse voluntatem principis, quicquam acturum.

Literae prohibebant ne visitarem omnino, antequam exhiberem regi meas facultates et literas.

Est praeterea a nostris a me missum senatus regij edictum, quo duo interdicebantur: p.um, ne pecunias ex Hispania extraheremus. 2.um, ne Patrem aliquem aut fratrem. Addebatur ne ego visitarem, quod essem extraneus.

Quae fuerint | causae huius tam praecipitis atque acerbi iudicij, quis auctor, ego nihil temere dicam, X.o propitio, sed tamen iam inde multi sunt suspicati fuisse horum turbinum architectum Araozium. Verum illa nunquam apud me suspitio obtinere, ita enim illam vici, vt plane potuerim iurare me [1] credere ita non esse, nisi quia procuratores, qui venerunt postea ex vtraque Castella, illam suspicionem [2] confirmarunt, atque adeo illius turbinis coniecerunt **163** culpam in Araozium, quum ego nihil de Araozio suspicarer, neque enim ferebat conscientiae meae simplicitas, vt tam atrox facinus crederem, tam pernitiosam proditio[nem] ab tali Patre prodire, ac ne a quoquam, qui Societati nomen dedisset, proficisci posse [3].

Quum igitur hoc non possem, subibant occasiones, quae mouere potuissent et regem et senatum. Primum, alienatio animi regij a P. Francisco propter fratris negocium | hispalensis. Discessio, et modus discessionis. Missio literarum ex primo oppido Galljae. Missio ex Castella Marianae et Acostae. Inuidia contracta ex missione pecuniarum superiori tempore. Auersio magnatum, et quidem eorum, qui nostri erant patroni, a Patre generali, propter genus, tum quod venisset in Galliam cum legato, hoste nominis hispani. Offensio, quod senatui exhibuerant cons[ti]**164**tutiones, in quibus viderunt illud abscissum folium, quo legebantur Pauli 4.i duo illa edicta.

Ad haec omnia, illud plane videbatur mihi esse verisimile Ro-

---

[1] Ms., *mem*.

[2] Ms., *suspicitionem*.

[3] SACCHINUS, loc. cit., n. 26.

dericum Gomem, quem scimus bene cupere Araozio, illum plurimi facere, illius etiam beneficijs et obsequijs esse obligatum; suscepisse hanc causam contra me et Societatem pro Araozio, quod videretur mea visitatio vnice contra hunc Patrem esse instituta. Qua ex re | multa consequebantur [1]: primum, gratiam apud regem et hispalensem, vt probabat charitatem suam erga regni commoditates, Araozium demerebatur [2], etc.

Hanc opinionem mihi confirmauit id, [quod] Compluti sum dicturus de literis interceptis et eius apud me oratione.

Pergo recta Complutum. Ex itinere saluto comitem oropesanum et marchissam machedanam et fratrem don Theotonium. Mitto Ximenem ad doctorem Vergaram, rogans vt veniret **165** Complutum vt de iis rebus nos consilio iuuaret. Non potuit, quod gereret vices inquisitorum absentium. Scripsit. Miratus est vehementer; et tamen se dixit iam ante hoc timuisse ne eueniret [3].

166 COMPLUTI, 3.°

Veni Complutum cum Tello. Intellexi rem totam ab Araozio et P. Antonio, et in his sum confirmatus, quae antea cogitaueram. Addidi quod, quum non crederem Araozium non fuisse illarum turbarum auctorem, ita in ipso multa non probabam.

Iam primum propterea audiebam ab Araozio hispalensem putare me impulsore discessisse. | Accuratam scripsi ea de [re] apologiam, et omnino volujsse ad um adire, et non solum ea exponere, quae scripseram, sed confidenter defendere innocentiam P. Francisci; et d eram additurus: si quid esset, cur illius profectionem non interpellasset, quum potuisset ac debuisset?

Volebam praeterea regem adire, vt excusarem Societatem et me. Neutrum consuluerunt Patres, dissuadebant **167** etiam vehementer Araozius, Pater item Antonius. Nocturnus metus, et confirmatio, etc. Volui visitare, sed ex eorumdem consilio misi

---

[1] Ms., *consequebatur*.
[2] SACCHINUS, loc. cit., n. 37.
[3] Fol. 165 v. purum relictum est.

Araozium ad aulam de rebus omnibus vt pro me causam ageret apud hispalensem et reliquos. Is quum redijsset, retulit non esse quod amplius sim solicitus de hispalensi: illi esse satisfactum: quod ad visitationem, posse me visitare Castellam vtramque, etc. [1].

Fuit mihi hoc edictum ingratissimum, et mirabar | quidem non posse Araozium plura consequi, qui tantum valeret apud Rodericum et regem et gratia et auctoritate. Eram tamen tam laeto animo ac confidenti, quam numquam antea in Societate memini me fuisse; quae alacritas fecit vt aliqui suspicarentur me eo animo esse, quod non crederem vera esse, quae agerentur, sed efficta; quod ego monstraui secus esse quam crederent: me scire illa vera [esse], et vt veris occurrere.

Videram **168** animum [2] Araozij erga P. generalem et Polancum esse exacerbatum, adeo vt censerem necessarium, vt narrata vera aliqua offensione, quam ego ex illis conceperam, curarem eum a me non obalienari, quod videbar consecutus: voluit certe me demereri, quod suffragium mihi dedisset, (contrarium tamen ego postea audiui a P. Layne) quod mihi fauisset.

Notabam tamen omnia in ephemeri, quae in ipso mihi displicebant, inter quae illud fuit, quod | adhuc [3] retinebat persuasionem non esse P. Laynem generalem, elapso triennio. Illud praeterea, quod videretur commoditatibus regni externis moueri magis, magis illjs fauere, quam Societatis instituto et P. generalis obedientiae.

Quum haec ita essent, statui extremum remedium adhibere huic malo, id est, ita vrgere Araozium acriter, vt dificultates expediret, vel plane se aperiret [4], vt scirem quo loco esset apud me et Societatem futurus. Hoc quum aggre**169**derer, nec placerent quae responderet, admota graui quadam impressione, destitj, nihil amplius expectans illum causam esse nostram adiutu-

---

[1] SACCHINUS, loc. cit., n. 42.
[2] In ms. hoc verbum iteratum.
[3] Ms., *ad adhuc*.
[4] Ms., *aperitur*.

rum, siue quod nollet, siue quod non posset; nolui enim illud decernere.

Itaque despondi animum a visitatione Bethicae et Aragoniae, et constitui apud me de summa rerum.

Dixi Araozio velle me diuidere prouinciam Castellae in duas; regni scilicet toletani, et veteris Castellae, et quum | abesset P. Franciscus, designare commissarium; eligeret ipse quod mallet: esse commissarius, an prouincialis altervtrius prouinciae [1].

Euocaui prouinciales Bustamantium cum P. Plaça et Suare, Cordesium cum Romano, et dixi vt examjnarent per meum examen omnes Patres et fratres, et facerent illis liberum nomine meo, quod ego simul literis ad ipsos datis communiter dixi, vt singuli scriberent secretis literis quicquid erant praesenti dicturi, et de se, **170** [et] de rebus collegij; et indixi quo tempore essent venturi. Euocaui praeterea P. Valderauanum. Volui statim visitare regni toletani et Castellae collegia, quod mihi erat concessum, et nihil amplius contendere [2].

Quum haec tractarem, venerat ad me comes ferianus, qui familiarissime quidem mecum egit, | a quo intellexi nihil mihi ab ipso praesidij expectari posse, etc. «Tienen las manos», etc. Rursum redijt comes, venit item Rodericus: hic totam causam fecit longe dificiliorem. Visus est venire commoto atque infenso animo, quod quum miraremur, petijt a me vt duos Patres designarem,[cum] quibus de rebus grauissimis ageret. Designaui P. Antonium et P. Bustamantium (hic enim iam venerat). Legit illis epistolam Mag. Polanci ex commissione P. generalis ad me datam Lutetiae. Hanc epistolam interceperat Rodericus, nam eam, opinor, miserat P. Polancus per legatum Philippi. Ea erat **171** scripta contra Araozium, vt illum, vel ad concilium, vel domum ad suos, vel alia ratione ita agerem, vt ille abesset ab aula, et erant his, quae narro, asperiora. Addidit contumelias verborum: [ait] esse inuidiam, etc. vt haec ad me referrent: se non posse deesse Araozio: minari, etc. [3].

---

[1] SACCHINUS, loc cit., n. 44.
[2] SACCHINUS, loc. cit., n. 45.
[3] SACCHINUS, loc. cit., nn. 45, 46.

Haec quum audiuissem ex Patribus, dixi e uestigio vt secederent, ea, quae ex literis et ex Rodorico audiuissent, | scriberent. Erat in epistola ad finem adiectum, totum tamen negocium Patrem generalem remittere ad meum arbitrium.

Grauiter est postea conquestus apud me Rodoricus, cui ego constanter respondi, quum tamen patrocinium profiteretur Araozij, et diceret: «es mi amigo, Padre», etc. Nihil (inquam) est quod vereatur grauius agendum cum Araozio: primum nescire me quid sequeretur: Pater generalis, vbi ita scriberet, haud dubie illum **172** magna aliqua ex delatione esse commotum, non potuisse non prouidere, quae videbantur; et tamen illam adhibuisse moderationem, quae facit vt nihil sit epistola metuenda: ad me rem totam esse commissam, neque me amplius facturum, quam iam multis ante diebus dixeram, vt eligeret an commissarius vellet esse, an prouincialis [1] alterutrius Castellae.

Respondit Rodericus se intelljgere quid moliamur: esse officium commissarij extra|ordinarium, ac positum in arbitrio generalis: post paulo abrogandum esse officium illud Araozio: (hoc ego plane sum demiratus vnde intellexerit). Subdidit vt ego illi pollicerer non abrogatum iri. Dixi: quoad ego possem. Inter haec nihil comes [2].

Comperi his actionibus, et nostros omnino fauere Araozio, et comitem illius beneuolentiam velle conseruare; Rodericum vero nihil non acturum pro illo. Ego igitur, quum solus essem, pugnarent **173** aduersus me omnia, volui tenere mediocritatem, nec conijcere in magnum aliquod detrimentum Societatem, sed tuta sequi consilia, et, si quid acrius esset agendum, re integra, quoad eius fieri potuit, generali praeposito reseruare. Abieci igitur omnem conatum vel contentionem. Exercui meam visi|tationem, habui 14 exhortationes. Et interea, dum veniunt, quos euocaueram, visitaui collegia regni neapolitani [3], sed quam potui breuissime, ita enim vrgebant satrapae per Araozium [4].

---

[1] Ms., *prouinciae*.

[2] Sacchinus, loc. cit., nn. 46, 47.

[3] Ludere videtur Natalis hoc verbo, quo significare voluit *Novam Castellam*.

[4] Sacchinus, loc. cit., n. 48.

Duxi mecum P. Egidium Gonçalem, qui mihi visus est [1] idoneus ad maiora quam existimabatur.

174 OCANNAE

Visitaui, etc. Egimus de fundatione cum licentiato sat commode.

175 TOLETI [2]

Adhuc erant nostri in illis angustiis domus beguinarum. Visitaui, etc. Dixi quae videbantur de mutatione domus et augmento illius operis, quod postea successit. Hinc rursum Occannam, vnde Villarejum [3].

174 v VILLAREIJ [4]

Huc veni cum P. Carrillo; euocauerat enim me dominus Iohannes Pachecus de aedificando collegio. Humanissime nos accepit. Consului vt potius domum probationis institueret, quam collegium. Hoc persuaso, facta est fundatio: ipse incoepit de aedificio cogitare, etc. [5].

176 BELMONTE

Hic miratus sum industriam boni Siuillanj [6]. Erant angusto loco, angusta ecclesia vtebantur, sed fructum sat amplum afferebant. Erat duplex spes fundationis: vna a parocho, diuite, qui, diuisa praebenda amplissima, et instituta vicariata, bonam partem prouentus volebat collegio applicare. Hoc tamen non successit. | Successit quod dedit ante obitum, vnde illa initia sunt facta col-

---

[1] Ms., *mihi visus est mihi*.

[2] Res collegii villaregiensis in autographo habentur ante illas, quae ad toletanam domum spectant; ut autem ordo chronologicus visitationis teneretur, ipse Nadal rem emendavit notans littera *b* fol. 174 v. et littera *a* fol. 175 r. Hanc nos emendationem sequimur, ut in ordine foliorum videri potest.

[3] In fol. 175 v. nil scriptum habetur.

[4] Vide annot. 2.

[5] SACCHINUS, loc. cit., n. 48.

[6] Sic, pro *Sevillani,* hic et infra.

legij et aliqui reditus empti. Alteram spem alebat marchio Villenae. Visitaui, etc. Placuit quod instituerat Siuillanus, vt portionistas haberet in proxima domo sacerdos quidam pius et amicus, qui se permitteret a rectore gubernari [1].

177 CUENCHAE, 2.°

Hic egi cum D. Vergara de edicto regio et, etc.: probauit meum consilium. Non potui illi satisfacere in suffragijs, quae petebat vt fundator, quod postea feci Compluti. Actum est de praestimoniorum applicatione. Scriptum est ad vrbem. Diuisi nostros ab eius habitatione. Egi quae erant residua de fundatione cum Marchina: | de loco et ratione aedificij collegij et lite, quam intenderat Marianus quidam. Fui euocatus cum festinatione, quod dicebantur vrgere satrapae.

178 COMPLUTI, 4.°

Aderant prouinciales et alij Patres: non venerat Valdarauanus. Non visum est mutandus Cordeses. Mutaui Bustamantium, renuntiaui Plaçam, Bustamantium verum superintendentem collegij hispalensis: egi de rebus illarum prouinciarum: respondi: dedi iudicanda et prouincialibus et Araozio et Bustamantio, quae in Portugallia | responderam [2].

Euocaueram ex Portugallia P. Godinum, per quem facerem P. Laynem certiorem de rerum nostrarum illo turbine; neque enim fiderem aliter tuto literas mittere. Quae non proprie ad illam prouinciam attinebant, eorum dedi prouincialibus exemplum.

Scripsi communes literas ad collegia. Ita dimisi duos illos prouinciales, ex quibus audiui quid [de] alijs prouincialibus creandis et commissario iudicarent.

Rursus volui, etiamsi repugnare videretur Araozius, visitare collegia Castellae veteris. Duxi mecum P. Suarem, quem cogitabam renuntiare prouincialem, etc.

---

[1] SACCHINUS, loc. cit., n. 49.

[2] SACCHINUS, loc. cit., n. 50.

179 SEGOUIAE

1562

Hic erant incommode et absque fundatione, de qua agebat doctor Solierius cum cognato archipresbytero, cum quo [1] quum ageremus et condiciones exigeret dificiles, plane censui renuntiandum presbytero, nolle suos prouentus recipere, nec fundationem, quod factum. Synceritas Societatis et magnanimitas perspecta, | et factum ab omnibus probatum. Designauimus emendam domum Erasij, quod successit. Visitaui, etc. [2].

Quum Segouiam adirem ad montem frigidi fontis sumus e niuium magnitudine periclitati: eripuit nos Dominus.

180 AUILAE

Huc euocabar anxie propter turbas, quae incesserant inter rectorem Salazar et episcopum. Rectori persuaserat dominus Xpoforus, vt admoneret episcopum de quadam suspitione, quam videbatur dare, etc.

Aegre tulit episcopus: minatus est: bonus rector confirmauit animum ferociter in suggestu: res erat dificili loco. Fuit placatus episcopus, et tamen illinc remotus | Salazar. Sed episcopus postea diluit illam suspicionem, etc.

Visitaui, etc.

Egi cum P. Medina de collegij fundatione.

181 SALMANTICAE

Egj cum comite don Hieronymo de fundatione collegij monteregiensi, et dificulter quidem, propter eius peritiam in negotiis gerendis, et tamen datum est aliquod principium, quod alij sequi possent. Visitaui, etc. Hic vidi Pennam et Nauarrum, etc. Non probaui vt propterea visitarentur amici et matronae | quod eleemosynae ab illis expectarentur.

---

[1] Ms., *quo quo*.

[2] SACCHINUS, loc. cit., lib. VI, n. 63.

182 METYMNAE

Reperi egisse cum fundatoribus Quadrato et uxore absque vel generalis praepositi vel prouincialis facultate, quae libertati Societatis [1] non erant consentanea, quae fuit dificile emendare: et est quidem serio praescribendum ne [2] id audeant rectores. Res erant dificiles in hoc collegio, propter quemdam Patrem, cui fauebant | nimium fundatores, quod faciebat non obtinere suam dignitatem rectorem: res est temperata. Interdictum ne fundatrix in hortum reciperetur, cum eius beneuolentia, etc. Visitaui, etc.

Hic accepi literas a Roderico et Araozio, quibus properanter reuocabar a visitatione: senatum regium aegre ferre vt tamdiu haererem in Hispania, quem credebant iam abijsse: se non posse longius intercedere: saltem celeriter Complu**183**tum redirem. Nihil fuit mihi nouum: statui redire, ne eos offenderem, et discederem a moderatione, quam prius sequi institueram; et tamen volui biduum dare visitationi collegij vallisoletani [3].

184 VALLISOLETI

Biduo hic confeci visitationem. Erat hospes P. Gutierus, agebat enim causam sui collegij placentini: concionabatur tamen cum fructu et laude. Hic statui quemdam Patrem vel mittere Romam, vel a Societate dimittere. Vide Suerum a Vega, et postea fratrem Petrum Aluarem [4].

185 COMPLUTI, 5.°

Hic accinxi me ad iter. Declaraui prouinciae Castellae diuisionem in regni toletani et veteris Castellae, commissarium P. Araozium, prouincialem veteris Castellae P. Suarem, regni toletani P. Valdarauanum, tametsi de hoc non mediocriter dubitaui, et cogitauerim designa[re] Egidium Gonçalem [5].

[1] Ms., *Societis.*

[2] Ms., *praescribantur nec.*

[3] SACCHINUS, loc. cit., n. 64. Fol. 183 v. vacuum relictum fuit.

[4] Fol. 184 v. purum remanet.

[5] SACCHINUS, loc. cit., n. 65.

Dixi vt ille Pater, de quo attigi, Vallisoleti ne habitaret; | sed Romam mitteretur. Tablares, vt plane mores illos liberiores [deponeret] et habitaret in collegiis, obseruaretque regulas vt alij; alioqui Romam vt mitteretur, quod fuit huic saluti, nam, Romam missus, illic mortuus est pie. Alium non miserunt, quod valetudinem excusaret. Huic remjsit, opinor, profectionem P. Laynez.

Dedi, non generales solum instructiones prouincialibus, sed peculiares [1] pro singulis negotiis. Suam item instructionem commissario, **186** qua explicabam facultates, quas esset habiturus, quae postea fuerunt visae ampliores P. N. Layni.

Desiderabat Ximenez parentes inuisere. Concessi: iuit, et venit ad me Cesaraugustam. Emi 2 mulos; quum vnus non placeret, reliqui complutensibus eodem precio, et emi alium. Emit 3 Ximenez Lucronij. Omnino consuluit, immo vrsit Araozius ne per Baionam iter facerem, sed per montes Pyreneos et Iacham: nolui repugnare. |

Postremo, congregatis fratribus, publicaui quod feceram prouinciales et commissarium, etc.; et, quoad potui, conciliaui auctoritatem Araozio, etc.

187 CANISARII [2]

Eo veni cum Egidio Gonçale, id enim enixe postulauerat Marchina, cuj non placebat illa ratio scripturae, quae erat facta pro fundatione collegij conchensis. Mutata [3] est scriptura, retenta substantia, qua simplicitate Societatis laetatus est vehementer. Dimisi Egidium cum mandatis vt esset obseruator et scriberet ad me, vel generalem. |

CAESARAUGUSTAE

Ea erat via ad Pyreneum. Carolum intellexi missum ad suos, quem ego ita reliqui, vt illum non dimitterem e Societate, sed iuberem apud suos tamdiu esset, donec confideret se e capite bene habere. Visitaui, etc. Ibi reperi P. Domenechum, quem ego cu-

[1] Ms., *peculiaribus*.
[2] Sic; *Cañaveras* (?) Vide epist. 197, n. 2; et 198, n. 1.
[3] Ms., *Muta*.

raueram in Hispaniam mitti, vt prouincialem alicubi facerem, sed tarde iter fecit; itaque nullus fuit **188** illi relictus locus. Discessit Valentiam, vt tentaret si quid de negocio sororis posset efficere: nihil confecit. Dedi ei instructionem, si veniret Maioricas; et hic bonus fuit occasio vt nepos Romam mitteretur, quod fuit mihi ingratissimum, etc. Ibi recepi Bertrannum et duxi mecum in Galliam [1].

189 IN ITINERE CAESARAUGUSTA TOLOSAM IN GALLIAM

Discessimus 6 Aprilis.

Primo die, quod fuit nobis in primis vtile, reperimus muliones, qui ducebant Lugdunum aliquot mulos onustos argenteis hispaniensibus, et per montes conduxerant praesidium aliquot militum Iacham vsque.

Venimus cum mulionibus Oloronum vsque. Ad Syluam, oppidum, minati sunt haeretici Ximeni. | Inde coacti sumus multa nocte venire Bigorram, vbi parum abfuit quin extra oppidum esset nobis pernoctandum, cum maximo, et periculo, et detrimento. Fuimus admissi, et inuenimus hospitium praeter spem. Dominus nos iuuit.

Antequam veniremus Tolosam, quum cogitaremus Epamias, ad nostros, intelleximus ab haereticis reiectos, et monachos omnes, et nostros.

190 TOLOSAE

Prima nocte, periculum a caluinista haeretice impetuoso.

Reperimus eos, qui eiecti fuerant Epamiis in monasterio S. Mariae Deauratae. Visitaui, etc.

Egi cum Delpeche et aliis primariis mercatoribus de fundatione collegii, qua de re accepi literas ad cardinalem Armignacum. Incoeperant iam furere caluinistae [2].

---

[1] Nil scriptum est in fol. 188 v.

[2] SACCHINUS, loc. cit., n. 65. Nil in fol. 190 v. scriptum est.

191 IN VIA TOLOSA RUTHENUM

Ad oppidum Rabasteno, fuimus ab haereticis intercepti; et tametsi nihil nobis nocuerint, fuimus tamen examinibus, minis, contumeliis exagitati.

Fuimus in summo periculo, et quum nos captiuos haberent tres horas, et in maiori, quum sub noctem nos dimitterent ad hospitium: nos est consecutus ex ipsis eques, qui nos fu|erat tota illa via insecutus [1].

192 RUTHENI

Hic reperi bonum P. Pelletarium. Egimus cum cardinali Armignaco de fundatione illius collegij, confecimus quamdam scripturam: is postea venit Luteciam, vbi cum P. N. Layne rursum egit de collegio [2].

193 IN ITINERE RUTHENO BILLIOMUM

Coniunxerunt se nobis 3 haereti[ci] viatores. Timuimus ab his, sed nihil plane omisimus, vt, vti rosariis coram ipsis, et adorare cruces, quod erat illis acerbissimum.

Substitimus in bivio, vnde possemus, vel Turnonem vel Biliomum iter ingredi. Dei benignitate est factum, vt imprudentes Biliomum iremus, | omisso Turnone, eo tempore, quo, occupato oppido ab haereticis, vix effugerunt nostri; vt certum periculum Dei benignitate nos euasisse dubitarj non possit [3].

194 BILLIOMI

Hic reperi bonum P. Paschasium. Huc palantes venerunt biduo vel triduo aliqui ex profugis turnonensibus; dein alij; postremo P. Emundus, elapsus e manibus et patibulo haereticorum valentinorum singulari Dei beneficio. Visitaui, etc. Timuimus hic non mediocriter a proximis haereticis. | Hic actum est de aedifi-

---

[1] SACCHINUS, loc. cit., n. 66.

[2] SACCHINUS, loc. cit., n. 67. Fol. 192 v. vacuum est.

[3] SACCHINUS, loc. cit., n. 67.

cio. Respondi ciuibus ad aliqua, quae postulabant. Discessit P. Emundus concionatum.

Discessimus et nos 3 cum P. Paschasio et P. Annibale, quem volebam Lutetiam mecum venire, vt illic doceret. Audiebam enim a P. Pachasio aperiendas illic scholas [1]; alios praeterea abducebamus ex turnonensibus.

Hinc misi Ximenem cum vno fratre Lugdunum, quum esset iam occupatum ab haereticis, vt **195** reciperet 400 francos, qui erant nobis numerandi a mercatore quodam italo: absque detrimento redijt cum literis collybisticis ad mercatorem parisiensem [2].

196 IN ITINERE BILIOMO LUTECIAM

Erant infesta itinera propter haereticorum rebellionem. Venimus Molinum, vbi quum intelljgeremus summum esse periculum in via parisina, accepimus consilium remittendi reliquos, praeter nos 3, qui omnino eramus venturi ad P. generalem, et P. Paschasium, qui erat Luteciam rediturus. Igitur, remisis reliquis, nos | 4 ad euitandum periculum, relicta recta via Luteciam et vsitata, diuertimus ad dexteram, et iter fecimus per Burgundiam, etc. Periclitati sumus [3] quidem in toto itinere, nam ciujtates, oppida, pagi erant in armis, pontes leuati, quasi in obsidione, miserabantur nostri, qui eo tempore videbant iter facere, et quidem inermes et peregrinos. Sed quum vbique videretur [4] imminere **197** praesens periculum, illa duo fuerunt singularia: primum, quando venimus ad pagum, vnde paulo antea discesserant milites haeretici. 2.um ad Sanctonas, vbi exclusi fere noctu, coacti sumus prosequi jter. Eripuit nos Dominus ab omnibus periculis, et ad Sanctonas quidem [duxit] per quemdam bonum senem agricolam, qui honestissime nos domum recepit hospitio [5].

---

[1] Ms., *scholam*.
[2] SACCHINUS, loc. cit., n. 68. Nil in fol. 195 v. scriptum est.
[3] Ms., *sumus* iteratum.
[4] Ms., *vederetur*.
[5] SACCHINUS, loc. cit., nn. 68, 69. Fol. 197 v. purum remanet.

198 LUTECIAE

Hjc erat P. N. generalis cum P. Polanco, P. Godino et fratre Ludouico. Erat euocatus a summo pontifice ad concilium, et parabat profectionem. Retuli ea, quae egeram Biliomi et Tolosae et Rutheni. Vidit meas exhortationes complutenses. Voluit vt visitarem. Id feci breuiter. Interfuit vni aut alteri exhortationi. |

Vjdi nouam Angrenam: placuit locus et domus amplitudo: probaui sententiam Patris, vt illic institueretur collegium.

Egit Pater cum cardinali Armignaco, qui ad aulam eo tempore venerat, de collegio rutheno. Itaque inchoatum est postea. Discessimus simul Tornacum [1].

199 v TORNACI

Hic, me cum Ximene relicto, prosecutus est iter suum Tridentum Pater cum suis et meo [2] Bertranno. Ex itinere vidit collegium louaniense, collegium coloniense, treuirense, maguntinum, — — [3], domum augustanam, collegium monachiense et oenipontanum, ita tamen vt non visitaret, nihil etiam fere praescriberet, omnia vero reijciebat ad meum aduentum et visitationem. Tornaci igitur visitaui, etc.

200 Inchoata est domus commensalium. Inchoatae scholae. Dixi vt cura pecuniari[a] domus commensalium daretur canonicis, vel omnino alicui seculari homini: non fecerunt tamen.

Acriter egit apud me medicus caecus de iure filij Hermetis ad bona paterna [4], cui constanter respondi ex instituto. Titubabat iam tum alterius [sic] filius canonicus, consului vt | paululum Coloniam iret, et esset cum fratribus. Fecit, postea edidit vota, venit etiam Romam, verum semper animo inconstanti. Denique nunc

---

[1] Fol. 199 r. vacuum relictum est.

[2] Ms., *me meo*.

[3] Est nomen obscure exaratum quod *dilingense* scriptum videtur. Sed collegium illud nondum tunc temporis institutum fuerat, nec de illo mentionem facit Polancus, collegia a Lainez perlustrata recensens, in epistola ad Borgiam, Tridenti 15 Augusti data.

[4] Ms., *paterno*.

inseruit suo canonicatui, cum votis suis, nec adhuc de illo aliud statuit Pater. Hinc venimus Antuerpiam [1].

201 v ANTUERPIAE

Huc veni ad emendos libros; acceperam enim negocium a Patre vt 400 illjs francis, quos attuleram ex Hispania, emerem libros, non catholicos solum, sed haereticos item, vt possint hi deseruire Patribus Tridenti, illi etiam Romae. Emi fere omnes doctores theologos antiquos, alios praeterea libros, qui vel ad historiam vel ad controuersias vtilitatem afferre **202** possent, et dedi negocium mercatori cuidam lusitano Ximeno [?] vt mitteret Tridentum. Intellexi pollicitum esse Patrem mercatoribus hispanis vnum concionatorem. Hinc venimus Louanium [2].

203 LOUANIJ

Status rerum hic mihi non vulgariter displicuit: nihil fructus afferebatur scholasticis: nullus fere erat noster scholasticus: nullus ad Societatem adducebatur. P. Adrianus suos mores obtinebat, etc. Hic vehementer in me est commotus, quod vrgerem vt mihi confiteretur generaliter. Dixit, etc., [3].

Visitaui, quoad | licuit, et statui illud apud [me] constanter esse necessarium vt aliquis rector mitteretur ex vrbe, alioqui illic perire nobis magnum prouentum. Cogitaui magistrum Iacobum Scipman: proposui hoc Patri Tridenti: misit illum, et non [?] adhuc res est quo loco debet [4], et ego vellem, propter dubiam superintendentiam P. Adriani et mores antiquos. Erat mecum P. Euerardus prouincialis: ei dedi negotium vt, omisso **204** Adriano, reliquam curam illius collegij susciperet et gereret [5].

205 COLONIAE

Huc venit nobiscum P. Euerardus. Hoc collegium vidi non obtinere suam libertatem, tum propter bursam, in qua sunt, et

[1] Fol. 201 r. vacuum est.
[2] Nil in fol. 202 v. scriptum fuit.
[3] Vide appendicem, n. VIII.
[4] Ms., *debent*.
[5] Fol. 204 v. purum remanet.

aduersarios, quos habent in vniuersitate et aliis collegijs, tum quod senatus non nouit Societatem, vel illi fauet; et tamen ita praescripsi vt plane didracma ne acciperent nostri.

Visitaui, etc., et instructiones dedi. | Intellexi D. Ioncheriam, qui, secularis quidem, inter nostros tamen habitat: ab hoc magnam eleemosynam et acceperant antea, et sperabat M. Leonardus. Concessi vt esset domi, quum viderem excellenti quadam esse eum pietate et modestia, et fratribus, et ad aedificationem, vtilem.

Hic, dimisso prouinciali, vt mihi praesto esset Treuiri, ego et Ximenes venimus ad Fontem spaënsem. Duximus Iacobum Muntz, quem postea misi Romam [1].

206 v AD FONTEM SPAËNSEM

Hic reperi P. Claysonium, cui aqua illa nihil profuit. Bibi ego ad 10 dies, tarde enim veneram, et consecutae tempestates et pluuiae fecerant vt non esset aqua potabilis; sed ex illis paucis bibitionibus fructum eum sensi, qui, etiamsi exiguus esset, pollicebatur maiorem si prolixius potarem; itaque postea semper retinui desiderium redeundi, si liceret. **207** De eleemosyna matronae anglae. Hinc venimus Treujrim. |

TREUIRI

Hic intellexi de defectione Ionae, et quod illum recepisset elector et vteretur concionatore [2], et [3]

---

[1] Fol. 206 r. nil scriptum habet.

[2] Vide supra, pag. 35, annot. 5.

[3] Ita, inexpleta sententia, explicit autographum *Ephemeridum Natalis*. Sequitur fol. purum, quod a tergo habet, alia manu scripta, ea, quae diximus in descriptione codicis, vol. I, pag. xxvii.

205

P. JOANNES DE POLANCO

ex commissione

PATRI HIERONYMO NADAL

TREVIRIS, 7 JUNII 1562 [1].

1. De Francisco Haemerulo ejusque re familiari.—2. Kesselium moneat Natalis ne pecunias Romam mittendas expendat.—3. De P. Maximiliani a Capella eleemosyna Romam transmittenda.—4. Domus propria templumque coloniensibus sociis procuranda.—5, 6. Adolescens quidam Natali commendatur: monita pro itinere.

†
Jhs.

1. Muy R.do en X.o Padre. Pax X.i De Andernaco con vn hermano que vino de Colonia hasta allí, se scriuió de M.o Francisco Hemérulo [2] que V. R. le oyese, y pareziéndole, le mudase, ó que trattaría en Trento con nuestro Padre de su mutatión. Quanto á su hazienda (que es de alguna quantidad) él la ha dado á dispositión de nuestro Padre muchos años ha, y mostraua aora voluntad de venderla y dar los dineros á Roma. V. R. verá lo que conuiene hazer.

2. Aquí hemos entendido de Iodoco [3] que la suma de dineros que dió al P. Leonardo [4] para ynbiar á Roma, sería, á lo que él piensa, 400 florines renenses. Lo de M.o Martino [5] fueron otros tantos. Lo de M.o Pedro coloniense [6] no sé quánto fuese, ni quánto quedase de M.o Theodorico Canisio [7]. V. R. podrá hazerse dar cuenta de lo que han tomado de Roma, y auisar al superior que para adelante, si algo se le diere para Roma, ó á dis-

---

[1] Ex autographo, in *Cod. PLB*, unico folio., 47 (79).

[2] De magistro Francisco Haemerulo vide ejus examen in appendice, n. I.

[3] Jodocus Carcineus, cujus examen vide in appendice, n. I.

[4] P. Leonardus Kessel, qui praeerat domui Societatis coloniensi.

[5] «P. Martinus Goudanus Hollandus, primarius [magister] in poetica.» Ex catalogo domus coloniensis, apud HANSEN, *Rheinische Akten zur Geschichte des Jesuitenordens,* pag. 779.

[6] Hic Petrus coloniensis, qui a POLANCO, *Chron.*, *III,* 266, annot. 1 *Hoefft* cognominatur, *Haupt* seipsum scribit in duplici examine, quod habes in append. I.

[7] Germanus frater B. Petri Canisii.

positión del Padre prepósito general, no se atreua á tomarlo y gastarlo; y de lo de hasta aquí, que tenga cuidado de pagarlo, aunque *non sit conseruus suffocandus, vt reddat quod debet* [1].

3. A Louayna scribo oy á V. R., y en su ausentia al P. Adriano [2], de remittir á Roma cerca de 200 florines del P. Maximiliano [3], y más de otros tantos, á lo que creo, de fructos decursos de M.º Pedro Siluio [4], de su renta. Quanto al vender la hazienda, se hablará de palabra en Trento, plaziendo á Dios. Temo que no los aya gastado también el Adriano.

4. Quanto á Colonia, lo que nuestro Padre començó á trattar con el cancellario del R.mo coloniense, y él se encargó, será bien que V. R. lo apriete como mejor pudiere, que es de tener lugar proprio con yglesia [5]. Mire tanbién en el modo que ay se tiene de admitir gente; porque algunos saben poco lo que hazen, y no se les declara nuestro instituto, y así dizen que se salen muchos, y otros es menester echar [6].

---

[1] Ad parabolam servi, qui debebat decem millia talentorum alludit. Matth., XVIII, 23-30.

[2] P. Adrianus Adriaenssens, de quo saepius in his Monumentis sermo fuit.

[3] P. Maximilianus a Capella, cujus examen habetur in append. I.

[4] Vide ejus examen, loc. cit.

[5] «Il giorno seguente doppo ch' arriuammo a Colonia, il nostro Padre fece sapere all' arciuescouo la sua uenuta, il qual per all' hora si trouaua in una fortezza due leghe dalla città, et uedere se sua Signoria uoleua commandarli niente. Mandolli a dire che si rallegrarebbe molto di uederlo, et così uenimmo alla fortezza detta, et perchè trouandosi li nostri di Colonia senza chiesa propria et molto stretti in casa, N. P. si pensò di trattare sopra di questo con lui; pure non si potette, perchè dipoi d' essere stato mandato a chiamar il Padre, soprauenne all' arciuescouo un' accidente d' una certa infermità, come riferì il suo cancelliere, il qual insieme col suo maiordomo ci fece festa, et si trattò con lui quello che si doueua trattar con l' arciuescouo, offerendosi lui di molto buona uoglia d' aiutare li nostri; et spero non sarà stata indarno l' andata alla detta fortezza, specialmente per quello che tocca alla chiesa del collegio coloniense et maggior sito di quello che adesso tengono.» Ex apographo coaevo Romam misso, in *Cod. PLB*, 49 (317 v.).

[6] Revera non ea, qua par erat, diligentia periclitabantur nec instituebantur Coloniae et alibi, praesertim in Germania, adolescentes, qui in Societatem cooptari postulabant. In examinibus nonnullorum (append. I) videbis illos sine examine, nec spiritualibus exercitiis S. Ignatii probatos, in Societatem admissos fuisse. Quod quidem, vel personarum rite institutarum

5. De vn mancebo, tentado de casarse (con tener votos), que ay en Colonia, hablará á V. R. nuestro Padre. Se inclinaua á ynbiarlo á Roma, vltra de los exercitios spirituales, que se pensaua le ayudarían. V. R. mire en ello y haga lo que *in Domino* le pareziere espedir.

6. De lo que toca a Tréuere, aquí se dexará vna letra á V. R. [1]. Holgará nuestro Padre que de Colonia se venga derecho aquí, y de aquí yrá á donde está el arciouispo. Queda en esta, encomendándonos mucho en las oraciones y sacrificios de V. R.; y mañana, 8 de Julio, se partirá nuestro Padre á Moguntia, plaziendo á X.º De Tréuere, 7 de Ju[lio] 1562. De V. R. sieruo en X.º Por comissión de nuestro Padre prepósito,

† JOAN DE POLANCO. †

A nuestro hermano Ximénez mucho nos encomendamos y al P. Leonardo con todos los colonienses.

Después hemos entendido que ya cobró el ministro del collegio de Tornay 57 florines de los de Maximiliano.

Inscriptio in altera pagina: † R.do in X.º Patri domino Hieronymo Natali, commissario generali Societatis Jesu, etc. Coloniae, in bursa trium coronarum. *Alia manu:* 1562. Permanet sigilli vestigium.

---

penuria, vel nimiis moderatorum occupationibus excusari facile potest. Vide dicta in prooemio, III, 3; et sapiens monitum a Natali superioribus frequenter inculcatum, ut scilicet prae omnibus officio suo recte adimplendo incumbant. Vide t. I, pag. 101, annot. 2.

[1] De rebus a P. Nadal Treviris gestis, haec scripta nobis reliquit Aegidius Faber in litteris quadrimestribus Treviris 1 Januarii 1563 datis: «... Non possum quin illud, alio properans, breuiter attingam, quod illum in docendo ordinem, quem post discessum hinc suum Moguntia huc misit Rdus. Pater commissarius Natalis, in omnibus scholis obseruemus, idque strictissime, quippe quod inde speremus iuuenibus nostris prouenturum fructum minime poenitendum.» Ex *Cod. 29, Germ. Epist. IV*, 181 (309).

206

P. HIERONYMUS NADAL
PATRI JACOBO LAINEZ

LOVANII, 12 JULII 1562 [1].

Epistola haec periisse videtur; sed ex litteris a Polanco ad P. Nadal 3 Septembris datis, quae infra suo loco ponuntur, constat die 12 Julii Lovanio Natalem epistolam ad Patrem Lainez dedisse. Argumentum autem illius epistolae ex alia, quam Polancus, ex commissione, 31 Augusti ad P. Madrid scripsit, valde probabiliter desumi posse existimamus, ubi de rebus et personis lovaniensis collegii sermo est. En verba Polanci:

«...Fra li soggetti che 'l P. M.ro Natal nominaua di Roma, era uno il P. M.ro Giacobo [2] fiamengo, per rettore del collegio di Louanio. Ben si sa, che sarà priuo il collegio d' un buon ministro; bisogna pure che si estenda la charità etiam con qualche discomodo a quelle nationi tanto bisognose, et potria essere che in quella vniuersità piena di giouani buoni soggetti guadagnassi molti detto Padre per la Compagnia, massime se se li dessero un paro di scholari di theologia, che stessino con lui in Louanio, come anche lo ricerca detto P. Nadal. Hauemo uisto, trouandoci in una lettione di theologia, una numerosissima giouentù, de forsa 400, o 500 scholari, cosa che faceua desiderar qualche buon piscatore, etc. V. R. auisi quello che si potrà far circa ciò [3]...»

[1] Ex archetypo, in *Cod. PLB,* duplici fol. 51 (328, 329).

[2] Hic P. Jacobus, cujus cognomen raro et perperam scriptum in mss. quae vidimus apparet, est idem, de quo DELPLACE, *L'établissement de la Compagnie dans les Pays-Bas,* pag. 4*, haec annotavit: «Jacques Schipman (Navarchus), né à Hondschote en 1520, admis à Rome en 1555, mort à Anvers le 1 mai 1576; il fut recteur à Douai et à Louvain. Il avait été médecin avant d'entrer dans la Compagnie, et il assista saint Ignace à ses derniers moments.» Professionem in manibus P. Everardi Mercuriani, die 10 Decembris anno 1564, nuncupasse constat ex catalogo professorum, in *Varia historia,* II, 115 v. Vide append. II, et *Natalis Ephemer.*, pag. 96.

[3] Scripsisse videtur P. Madrid, difficultates objiciens ne P. Jacobus Roma educeretur; nam Polancus, ex commiss., 21 Septembris haec ad illum rescribebat: «...Todauía parece á N. P. que se embíe para rector de Louayna el P. M.º Jacobo flamenco; porque por medio suyo podrá ser uayan otros muchos al collegio de Roma, ultra del seruicio que en otras cosas se hará á Dios N. S. Con él podrán yr, entre los cinco que V. R. señala, el P. Francisco Cipión y Roberto Agneto...» Ex archetypo, in *Cod. PLB,* 59 (348).

207

P. HIERONYMUS NADAL
PATRI JACOBO LAINEZ

COLONIAE (?), CIRCA 24 JULII 1562 [1].

Hujus epistolae mentionem fecit Polancus in epistola ad P. Nadal sub n. 211 posita, ubi, respondens ad litteras Natalis circa diem 24 Julii datas, de lectoribus ad collegium cameracensem mittendis et de viatico ipsis procurando agit. Quae vero de hoc negotio scripserit P. Nadal, refert ipse Polancus in epistola ad P. Madrid 10 Septembris data, ex qua haec desumimus in supplementum epistolae archetypae Natalis, quam quidem non habemus.

«... *Y scriue el P. M.tro Nadal que procuraua que el obispo de Cambray embiase uiático; mas que si no llegase á tiempo, no se dexassen de embiar, aora sea tomándolos prestados de allá, aora sea tomándolos á cambio; porque le pagará el prouincial de Flandes, y también remitirá los dineros, si allá se tomaren á cambio; y será menester auisarles luégo que la gente se ymbía, para que pongan en orden las cosas necessarias...*»

208

P. GUNDISALVUS VAZ
PATRI HIERONYMO NADAL

BRACARAE, 3 AUGUSTI 1562 [2].

1. *Nuntios de itinere Patris Nadal desiderat.—2. De sua aegrotatione.—3. Provinciae collegia perlustravit.—4. Litteras Patri generali tradendas mittit.*

Jhs.

1. Muy Rdo. en X.o Padre. Pax X.i Después que á 28 de Junio reçebí una de V. R. de Tolosa de França [3], nunca más tuue nueuas suyas, cossa que mucho auemos acá deseado. Esperáuamos su llegada al conçilio, como tenemos entendido que el Padre general tenía ordenado. De su llegada nos consolaríamos

[1] Ex archetypo, in *Cod. PLB,* duplici fol. 55 (336 v.).

[2] Ex archetypo, in *Cod. 32, Lusit. Epist.*, unico fol., 199. Ultima verba *D. V. R.* et subscriptio sunt Patris Vaz autographa.

[3] Non habemus hanc epistolam.

mucho, y ansí de nuestro Padre general, del qual hay mucho no tenemos cartas.

2. Ofreciéndose esta vía [1] deseé mucho escriuir larguo á V. R.; mas con una enfermedad que aquy me tomó en Braga, no pudo ser, por auer echado hun poco de sangre, de que, Dios sea loado, estoy meyor; y tanto que ouuiere opportunidad, lo haré larguo.

3. De Lisbona me party para dar una uista á la prouinçia, y hazer lo que por su orden me quedó encomendado, é assí vine por Éuora, y Coimbra y Puerto; y si la disposición me diere lugar, volueré al principio de las lectiones á Coymbra y á Éuora.

4. Aquí embío las copias de unas que tenía escrito para el Padre general, y aun uan faltas por no tener aquy los capítulos que los monges dieron al cardenal; mas por vía de Lixboa yrán. No tengo tiempo para mais. Em su santa bemdición mucho en el Señor me encomiendo. De Braga, á 3 de Agosto de 1562. D. V. R. indigno hijo en el Señor,

† Gonçalo Vaaz.

Inscriptio in altera pagina: Al muy Rdo. en X.º Padre, el P. M.º Hierónimo Nadal, comissario general de la Compañía de Jesús, en — [2], *Alia manu:* 1562. Braga. P. Gonçal Vaz. 3 de Agosto.

209

DIDACUS JIMENEZ

ex commissione

PATRIS HIERONYMI NADAL

PATRI EVERARDO MERCURIANO

AQUISGRANI, 6 AUGUSTI 1562 [3].

De quibusdam pecuniis Patri Leonardo Kessel tradendis.

Jhus.

Molto Rdo. in Christo Padre. Pax Christi, etc. Questa sarà

---

[1] Ms., hic et infra, *uya*.

[2] Nihil aliud scriptum est; ignorabat enim P. Vaz ubinam P. Nadal tunc versaretur, ut patet ex n. 1 epistolae.

[3] Ex autographo, in cod. colon. *Epist. ad Kessel I,* unico fol., 158., (150).

solo per auisar V. R., come per negligentia mia, et per la fretta del partire [1], io non aduertí, quando il Padre comandò dare a V. R. quelli pachetti coperti di carta peccora, doue sono le regole et ordini che Sua Rev.ª lasciò a V. R., ch' dentro d' uno di quelli io haueua messo diece monete d' oro, che fanno circa 33 fiorini brauantini, et acciochè per non esser' V. R. advertita non caschino et si perdano, ha ordinato il Padre che si li scriua questa, acciochè V. R. dia dette monete al P.ᵉ Leonardo. Et non essendo questa per altro, farò fine. Il Signore Iddio ci dia sempre la sua santa gratia, per conoscer sempre sua diuina volontà et perfettamente adimpirla. Amen. Da Achisgrana, a di 6 di Agosto 1562, vn hora dopo mezzo giorno. D. V. R. indegno figliuolo in Christo. Per comissione del P.ᵉ Natale,

† XIMENES.

210

JOANNES DE HOYA

episcopus osnabrugensis

PATRI HIERONYMO NADAL

FURSTENOWII, 27 AUGUSTI 1562 [2].

Patris Dionysii petitioni morem gerens episcopus, suam erga Societatem benevolentiam testatur.

Joannes de Hoya, Dei gratia episcopus et princeps osnabru-

Supra, in ora interiori, ipsius Jimenez (?) manu: *Questa lettera è per il Padre Euerardo, ma è soprascritta al Padre regente.* Supra item, in margine exteriori, alia manu: *1562. 6 Augusti. Ximenez.* P. Everardus Mercurianus provincialis munere fungebatur, et in collegio coloniensi degebat, ubi P. Leonardus Kessel erat superintendens, P. Joannes Rethius, regens convictorum, P. Leonardus Villarius, minister, P. Henricus Dionysius, concionator in summo templo et syndicus communis, et P. Franciscus Costerus, professor theologiae et magister novitiorum. Cf. HANSEN, *Rheinische Akten zur Geschichte des Jesuitenordens, 1542-1582,* pag. 778-780, ubi catalogum sociorum Coloniae, anno 1562 commorantium, officiorumque, ex codd. variis depromptum exhibet. Socii colonienses hoc anno 52 numerabantur.

[1] Colonia die 5 Augusti discessit P. Nadal cum suo socio Jimenez, postquam tres integras hebdomadas in coloniensi collegio invisendo et ordinando impendisset. Vide epist. 205 cum annot., et appendicem, n. IX.

[2] Ex archetypo, in *Cod. 29, b), German. Epist.,* unico fol. 30 (389). Sola subscriptio est episcopi manu exarata.

gensis. Venerabilis vir singulariter nobis dilecte. Henricus Dionysius [1], vir pius et doctus, cum diebus aliquot nobiscum fuisset [2], et praeter sermones, quos cum eo habuimus, graues conciones multas non inutiliter apud populum hic posuisset; discedens petiit aliquid ad te literarum daremus, quibus nostram erga ecclesiam uoluntatem, et Societatem uestram beneuolentiam non exiguam faceremus testatam. Quod etsi nos sponte atque ultro facturi eramus, iucundum tamen fuit, ad exponendam eam a tali nos admoneri uiro, qui cum nostras redderet, testificaretur ipse quae de hac ex nobis coram accepisset. Ei ergo de instituto uoluntateque nostra referre uolenti, fidem habebis, tibique persuadebis certo nihil eorum praetermissuros nos, quae ad auitam instaurandam tuendamque religionem pertinebunt. Communi uero Societati tibique eam beneuolentiam praestabimus semper, quam perpetuum de sanctimonia et uirtute eius iuditium nostrum impendere hortatur ac postulat. Datae ex arce nostra Furstenow, vi Calend. Septemb., anno mdlxii.

Jo. Cons. Osnab. de Hoya.

Lau: Scradaeus SS.

---

[1] Illius examen est in append. I.

[2] Mansit P. Dionysius Osnabrugae ultimis diebus Augusti, et die 2 Septembris Coloniam reversus ut inde Moguntiam peteret; quod ipse in epistola ad doctorem Mauritium Winkelmann hisce verbis referebat... «Ingenue fateor et, quoad vivam, fateri non desinam, me episcopum Osnabrugensem comperisse principem, qualem T. D.nem mihi quandoquidem in aedibus tuis familiari colloquio descripsisse recordor, hoc est, benevolum, liberalem, doctum, unicum musarum ac studiosorum Mecenatem et cultorem, denique, quod hoc deploratissimo seculo rarissimum et in omni primum esse fatendum est, puritatis evangelicae, veteris, apostolicae, sincerae et verae religionis propugnatorem ac illius recuperandae avidissimum, cum quo mihi hactenus conversari, non dico fastidio, sed summe fuit voluptati, a quo etiam dig[redi] nefas esse ducerem, nisi quorundam virorum authoritas, quorum consilio et autoritati mos gerendus est, me ad tempus revocaret. Ac proinde uno aut [duobus] abhinc diebus cum pace ac favore a rev.mo impetrato per Coloniam Moguntiam proficiscar ad rev.mum, et [quam]primum D.nem T. et praecipue illustrem principem ac ducem Ericum, a quo non mea nec rev.mi sed maior [superiorum] voluntas avocavit, invisam ac salutabo.» Ex *cod. VIII,* «Epistolae variae ad nostros Patres Colonienses», apud Hansen, loc. cit., pag. 430.

A tergo: Venerabili viro Hieronymo Natali, nobis singulariter dilecto. *Alia manu:* 1562. Furstenow. Del vescovo osnaburgens., 27 di Agosto. *Manet sigilli vestigium.*

211

P. JOANNES DE POLANCO

ex commissione

PATRI HIERONYMO NADAL

TRIDENTI, 3 SEPTEMBRIS 1562 [1].

1. De collegio cameracensi.—2. De tornacensi.—3. Operarii Antverpiam mittendi.—4, 5. Patris Nadal ad Fontem leodiensem digressio: de mutationibus proxime faciendis: de P. Oliverio.—6. De concilio.—7, 8. Selecti discipuli magistro Acosta Romam mittantur: Viennae opus est bono magistro artium: Paëz vel Mariana ad Germaniam destinandus.

Jhus.

1. Pax Xpi., etc. Muy R.do en Xpo. Padre. Las últimas que de V. R. tenemos son de Colonia sin data; mas por otra del P.e Euerardo se collige que se scriuieron á 24 de Julio ó cerca [2]. También habíamos recebido las de 7 y 12 de Julio de Anuers y Louayna con las listas de los libros y letra para cobrarlos. No son aún llegados, y, según lo que scriue el mercader, nos costarán más de 30 scudos de oro de porte. A mucha parte de las dichas letras, porque es narración de lo dicho, no ay otro que responder, sino aprobarlo. Holgaríamos no tardasse demasiado la espedición que esperaua el cardenal Granuella [3], porque no se tardasse mucho el trattar de las cosas del collegio de Louayna.

---

[1] Ex Regest. *Cod. 33, c)*, fol. 9 v. In margine: *P.e Nadal.*

[2] Vide quae in appendice, n. IX habentur de tempore, quo P. Nadal Coloniae mansit.

[3] Pater Polanco, ex commissione, 15 Augusti hujus anni, sancto Francisco de Borja, de Patris Lainez cum cardinali Granvela congressu in civitate bruxellensi, haec scribebat: «Uisitó medesimamente il Padre il cardinal Granuela, il quale vn tempo non fu molto affettionato: dipoi el testimonio delle opere, come esso disse, l' hanno fatto tenere per opera d' Idio la nostra Compagnia, et affettionarsi a quella. Racomandogli il Padre le cose della Compagnia generalmente, et in particolare quelli de Lou[ayna], che in questa diuisione delli vescouati uiene a stare sotto l' archiuescouato di Malinas, il quale tocca al cardinale, et se gli offerse molto da douero. Tiene molta authorità in quelli stati, et così ci potrà molto aiutare.» Ex apogr. coaevo, in *Cod. PLB*, 49 (316 v).

2. Cerca del de Cambrai, no será difficil hallar los lectores; mas lo será hallar rector y predicador, aunque se cree que esto no abrá entrado en pacto; aunque se hará según nuestro instituto. Occorría para el un officio y el otro el doctor Eleutherio [1], el qual espero se podrá sacar de Mondeui. Scriuiráse al señor obispo, como V. R. lo dize, y no se dexarán por falta de uiático de embiar, aunque es bien se embíe á Roma quan presto se pueda, porque stan strechos, y mucho, de dinero.

3. Quanto al collegio de Tornay, lo que quedó en él proueydo, sta bien; y si el M.ro Vsmarro [2] se pudiese sacar de Roma, pienso sería bueno para rector de allí. Hase scritto ya, y esperarse ha respuesta. La schuela para leer y screuir parece se concedió con razón. Del canónigo [3], M.ro Otto [4], M.ro Roberto [5], está bien lo ordenado; y así mesmo el deseo de ayudar a Louayna es conforme al que de allá sacó N. P. y los que con él uenimos. Hase scripto á Roma sobre M.tro Jacobo [6] para rector de allí con dos scholares de theología: no tenemos aún respuesta. Creo se les ha de hazer de mal un poco; mas si no hará falta

[1] «...missi hoc anno [1563] sunt circiter decem mense Martio, Eleutherio Pontano Rectore: initio Maij ludum aperuere.» Sacchinus, *Hist. Soc.*, part. II, lib. vii, n. 55, ubi collegii cameracensis initia narrat.

[2] P. Ursmarus Goissonius, de quo vide Polanco, *Chron.*, VI, 362-388; *Litt. Quadrim.*, IV, 325 et seq. Cf. etiam Sommervogel, *Les jesuites de Roma et de Vienne,* pag. iv et Schmidt, *Hist. Prov. Bohem.*, part. I, lib. ii passim.

[3] De fratre scilicet doctoris Hermes. Vide epist. 202, n. 35 cum annot.

[4] Sermo esse videtur de P. Othone Briamont, scilicet de illo, qui a P. Nadal missus fuerat Lovanio Parisios mense Julio hujus anni, de quo scribebat P. Broet ad P. Nadal eodem mense ea, quae habentur t. I, 749 et 751. De illo plura scripserunt Orlandinus, *Hist. Soc. Jesu,* part. I, lib. xi, n. 44; Sacchinus, *Hist. Soc. Jesu,* part. II, lib. iv, n. 104; et lib. vi, n. 92; Boero, *Vita del P. Broet,* lib. ii, cap. viii; et N. *Memoires pour servir à l' histoire du P. Broet et des origines de la C. de J. en France,* part. IV, lib. iv, pagg. 538, 539. Quae autem habet P. Delplace, loc. cit., pag. 3*, cum iis, quae supra laudati auctores de hoc Patre scripsere, non bene concordant; ait enim: «Othon Brialmont, né á Liège en 1530, admis á Ingolstadt en 1549, mort á Paris en 1555.»

[5] Robertus Clayssonius, cujus examen habes in append. I.

[6] P. Jacobus Schipman. Vide epist. 206, annot. 2.

muy notable, todauía creo se embiará y se procurará de contentar al M.tro Adriano [1], como V. R. scriue.

4. Para la obra de Enuers [2] se ha tornado á scriuir al doctor Araoz sobre Dionisio [3] y otro buen confesor. Del P. Baptista, por se lo hauer lleuado Dios á su gloria en Montilla, ni del P. Strada, porque tiene casi perdida la uista en Florencia, no ay que hablar; y bien parece que se difiera el pedir limosnas para los scholares de Louayna hasta que los nuestros estén allí, y conozcan más la gente, y se prueue algún fructo dellos.

5. Del yr á la fuente de Lieja [4], Dios N. S. se sirua que sea con fructo. Ya para estas horas podría estar V. R. cerca de Moguntia, aunque se huuiesse detenido algunos días en la dicha fuente; y porque auiendo de uisitar los collegios antes de llegar acá, no podrá dexar de ser algo tardía la uenida, V. R. auise lo que siente acerca de las mutationes que se han de hazer para este Settiembre ó Otubre de los sugetos, porque será menester se haga presto la resolutión, y que se pongan en camino, specialmente los que han de yr lexos.

6. Está N. P. en duda si embiará al P. Oliuerio [5] á París entre tanto que duran estas guerras, y no es aún comprada la casa, ni concluida la lite. Para Rodez se embiarán presto los que han de yr, y por uentura alguno para Tolosa. Scriua V. R. lo que siente en esto:

7. De las cosas del concilio se scriue de aparte. Tenemos buena casa, y créese que será breue, por lo que se uee hasta agora, el tiempo que estaremos aquí, porque se dan mucha priesa á despachar el concilio.

8. De Roma desean algunos buenos sugetos para entrar en el curso que comienza Acosta [6]. Si V. R. uiese disposición de

---

[1] Adriaenssens.

[2] Antverpia.

[3] P. Dionysius Vazquez.

[4] Fons scilicet leodiensis, ad oppidum Spa situs. Aquae Spadanae et etiam Aquae Luvienses Tungrorum nuncupantur hi fontes. Vide supra, *Natalis Ephemer.*, pag. 97.

[5] P. Oliverius Manareus.

[6] Josephus de Acosta.

embiar alguno sin que se falte á lo de allá, le podrá embiar. Si en Viena no tuuiessen buen maestro para començar las artes este año, creo se les podría embiar de Roma, donde quedan hartos ábiles del curso de Toledo. El Doctor Madrid apuntaua de embiar á Páez [1] para Alemagna, y á necessidad también dize se podría embiar Mariana [2]. Avise V. R. qué le parece del uno y del otro, porque el Mariana parece todauía le querrían allá retener, si no ay necessidad.

Aquí se embían á V. R. letras de España que aquí hemos recebido y uisto; y con esto no me alargaré más, sólo diziendo que N. P. y los demás nos encomendamos mucho en las orationes y sacrificios de V. R. De Trento, 3 de Setiembre 1562.

212

MARIA DE MENDOZA
PATRI HIERONYMO NADAL
MONDEJAR, 9 SEPTEMBRIS 1562 [3].

De quadam gratia sibi promissa obtinenda.

†

Muy Rdo. Señor. La paz de nuestro Señor sea con V. P. Amén. Esta es para pedir á V. P. la palabra que a nueue meses que me tiene dada [4]; y si dijese que se me an hecho años, no creo que mentiría. Bendito sea Dios que da paçiençia para espe-

---

[1] P. Didacus Paëz, de quo vide Polanco, *Chron.*, V, 452, annot. 1., et Sacchinum, *Hist. Soc.*, part. II, lib. vii, n. 55.

[2] Joannes de Mariana.

[3] Ex autographo, in *Cod. 28, b)*, *Hisp. Epist.*, duplici fol., 186.— D.ª Maria de Mendoza erat filia Ludovici Hurtado de Mendoza, de quo saepius in t. I sermo fuit. De hac piissima virgine longum habemus elogium apud Alcazar, *Chrono-Hist.*, vol. II, a pag. 613, unde haec pauca juvat transcribere: «A principios de Septiembre murió tambien *Doña María de Mendoza*, que avía fundado nuestro Collegio de Alcalá... Fué *Doña María de Mendoza* hija de Don Luis Hurtado de Mendoza y de Doña Cathalina de Mendoza, Marqueses de Mondéjar. El Marqués fué Presidente del Consejo Real de Castilla... Nació el día de la Purificación de la Virgen el año de 526 en el Alhambra de Granada de cuyo Reyno el Marqués era Capitán General.»

[4] Scilicet, quando illam officiose invisit, ut ipse P. Nadal enarrat in t. I, pag. 553.

rar tân largos plazos, aunque quien está tan fuera de merecer lo que yo deseo y pretendo, no haze nada en hazello; y así no pretendo en esta quejarme, sino suplicar á V. P. de nueuo me sea para con el Padre general tan negoçiador, que Su P.d sea seruido de hazerme la merced que con V. P. le tengo suplicada. Y porque sé que V. P. no se huelga con muchas razones, no quiero alargarme más en esta, de suplicar á V. P. que junto con la merced que tengo suplicada, suplique al Señor en sus sacrifiçios y oraçiones se sirua desta probrezilla no la eche de sí, y él guarde á V. P., y le haga muy gran sieruo suyo. De Momdéjar, á jx de Setienbre, año de 1562. Sierua de V. P.,

DOÑA MARÍA DE MEMDOÇA.

Ad calcem secundae paginae: Para el P. M.o Nadal. *Inscriptio in quarta pagina:* † Al muy Rdo. Señor, el P. M.o Nadal comissario gene[ral de la] Conpañía de Jesú. *Alia manu:* 1562. Señora María Mendoza. 9 di 7.bre *Vestigium sigilli.*

213

P. HIERONYMUS NADAL
RMO. D. JOANNI DE HOYA
episcopo osnabrugensi

MOGUNTIAE (?), 28 SEPTEMBRIS 1562 [1].

Illust.me atque R.me princeps. Pax X.i Fuerunt mihi, R.me atque Ill.me domine, litere, quas ad me tulit D. Henricus, longe gratissime: intellexi simul quam generoso ac catholico animo incumbit Celsitudo Tua ad parandam religionis orthodoxe causam simul propositum animi, quod de erigendo collegio trilingui concepit, audiui. Quod cum intelligerem, non potui non vehementer praedicare Dei in te, princeps Ill.e, tam insignem benignitatem ac gratiam ac tuam istam magnanimitatem [2] atque eximiam pietatem non omni laude dignam existimare; adhuc impenso deside-

---

[1] Ex apographo Kesselii, in ejus *Epistolario, Cod. 37,* fol. 130 v. Hujus epistolae partem edidit HANSEN, loc. cit., pag. 437, annot. 3. Illam ex codice coloniensi nobis partim transcripsit, et accurate collatam cum apographo nobis transmisit P. Beissel. Vide supra, pag. XVII.

[2] Apogr. nostrum habet *magninimatem.*

rio ferri ut se Societas dedat in obsequium ac servitium Dominationis Tuae Illustrissimae.

Quod vero attinet ad collegii institutionem, nihil ego dubito, quin Pr. Nr. generalis libenti sit animo imperium T. C. exequuturus, ad quem ego Tridentum propero, vbi negotium pro mea tenuitate promouebo. Interea tamen audeo pro meo officio spondere C. T. rem confectam iri, ac collegium, vbi res erunt paratae, mittendum [1]. Curabit igitur C. T. (si ita videatur) tum restaurari monasterium, tum illud cum annuis redditibus vniendum [2] auctoritate apostolica illi collegio Societatis.

Concionatorem nunc mitterem, et quidem D. Henricum, nisi necessario esset hesurus Coloniae. Sed tamen breui cum gratia Domini curabitur [3], vt vel hic vel alius ad munus concionandi idoneus ad C. T. mittatur. Si quid praeterea erit scribendum ad C. T., ejus rei datur [4] negotium D. Heinrico. X.us Jesus generosam [5] C. T. ac vere catholicam mentem erigat in dies, provehatque divinis incrementis, et omni proventu spirituali faciat efficacem ac R. T. Ill.me D. T. ecclesieque sue diutissime servet incolumem.

214

P. HIERONIMUS NADAL
PATRI JACOBO LAINEZ
MOGUNTIAE, SEPTEMBRE 1562 [6].

Polancus, ex commissione, Patri Madrid, die 22 Octobris epistolam hanc Patris Nadal, qua caremus, hisce verbis commemorat:

«*Del P. Nadal tenemos nueuas no más frescas que de Maguntia, de donde auía de partir al último de Setiembre para el*

[1] Signum admirationis hic adhibet HANSEN; sed recte et frequenter dicitur *collegium mittendum* in aliquam urbem, cum de sociis, quibus collegium constare debet, mittendis sermo est.

[2] HANSEN legit *vivendum*, at perperam; nam in codice Kesseliano recte scriptum est *vniendum*.

[3] HANSEN: *Sed tamen brevi curabitur*, praetermissis verbis *cum gratia Domini*.

[4] Hoc verbum imperfecte exaratum fuit, *datur* tamen legendum videtur.

[5] Apographum nostrum habet *genorosam*.

[6] Ex archetypo, in *Cod. PLB,* duplici fol., 71 (358).

elector moguntino, y de allí al herbipolense y á Augusta, de donde esperamos esta semana letras que sea llegado. A de yr á uisitar luégo los collegios de Viena, Tirnauia, y Praga, y después tornar á los de Bauiera; y porque en todos ay peste, fuera de Ingolstadio, bien es encomendarle particularmente á Dios N. S. [1]. *Trae consigo á Mtro. Roberto Claysonio* [2], *que es un buen soggetto, como allá se acordará V. R.*»

215

P. HIEROMYMUS NADAL

PATRI LEONARDO KESSEL

HERBIPOLI, 7 OCTOBRIS 1562 [3].

1. De procellis Coloniae in Societatem concitatis.—2. De collegio herbipolensi: de procuratore bursae constituendo.—3. De pecunia pro expensis itineris Busaei et Fabii, et de suo erga Germaniam et Galliam amore.—4. De Gregorio Fabio Moguntiam mittendo.

1. Intima memoria semper teneo res istius collegii, in quo sane videtur mihi abundare diuina gratia, quae cum adeo sit euidens, videmus daemonem cruciari, et offundere nubeculas, quae facillime afflatu diuinae gratiae dissipabuntur, vt hactenus aliae sunt dissipatae [4]. Ad literas, quas recepi apud Rdum. ma-

---

[1] Vide epist. 218, annot. 3.

[2] Ejus examen vide in append., n. I.

[3] Ex apographo ab ipso P. Kessel exarato, in ejus *Epistolario*, *Cod. 37*, fol. 134 (22). Initio epistolae hunc titulum scripsit Kessel: *P. Natalis coloniensibus;* ex ipsa vero epistola, ad P. Kessel rectorem collegii datam fuisse hanc epistolam clare patet. Eam mutilam edidit HANSEN in *Rheinische Akten zur Geschichte des Jesuitenordens,* pagg. 437, 438. Nos integram hic exhibendam duximus.

[4] Quaenam fuerint hae nubeculae describit REIFFENBERGIUS, *Hist. S. J. ad Rhen. inf.*, lib. I, cap. IX, ubi de procella superiori anno in academia coloniensi contra Societatem concitata, et cap. ult., ubi de obice operariis Societatis in templo sanctae Ursulae obmoto breviter agit. Eadem fusiori calamo enarrat P. Kessel in epistola ad suum provincialem Everardum data, quam habes apud HANSEN, loc. cit., pag. 435 et 436, ubi inter alia haec scribit: «Cepimus concionari apud S. Ursulam. Sed contra nos excitata est tragedia. Convenerunt enim canonici et abbatissa cum una vetula virgine, et nolunt ut amplius celebremus in Camera aurea nec confessiones ibidem audiamus aut communicemus, sed ut sacrum quidem faciamus in

guntinum per M. Homerolum [1], respondi, quod attinebat ad M. Johannem Dionisium [2], posse illum sacris ordinibus initiari, si ita vobis visum fuerit.

2. Hodie Herbipoli, quo veni, vt de collegio hic erigendo agerem cum Rmo. herbipolensi [3], succurrit vt scriberem consultum fore, si illud (quod ego vobis praescripseram de constituendo procuratore bursae, qui eius nomine exigeret, quae nostri praeceptores solebant exigere vel accipere), executioni non mandetur, si iam actum non sit; vereor enim ne hoc tempore illud excitet aliquid majoris turbationis; sed tamen id totum relinquo tuo iudicio, consultis tuis, vt soles, vt, vel mandetis executioni, si videatur, vel executionem intermittatis.

3. Jam scripsimus (quod etiam intellexeris per Patrem provincialem) dedisse me Theodoro Buseo et Johanni Fabio [4] ex illis

---

templo et ibi sacramentum administremus tribus personis, quae ad templum illud pertinent, non vero aliis. Haec ex ore abbatissae intelleximus et quae sequuntur. Videbatur sibi exprobrari, quod nos in templum introducat, nos autem hoc moliri, ut totum tandem occupemus, et comitum filias, pro quibus fundatum est, hac commoditate privemus... Et saepius repetiit: non concedetur vel conceditur vobis ut audiatis in nostro templo confessiones, sicut cupitis. Dicebat etiam sibi ostensum ab aliis scriptum, quod custos nulli deberet aperire Cameram auream, nisi aliquo canonico praesente, et moris praeterea fuisse, quod quando aliquis volebat celebrare in Camera aurea, quod tum veniebat custos et petebat ab abbatissa veniam... Solet contingere ut post concionem veniant petentes confiteri aut conferre de rebus suae conscientiae, et confitentium erat bonus numerus et convertebantur et fructus fiebant. Nunc autem locum non habemus illos adiuvandi...» De hac abbatissa idem Kessel ad P. Lainez die 12 Augusti haec referebat: «...Nunc autem sola est illic abbatissa, quae nunquam canit, haeretica est vel saltem valde de haeresi suspecta, et una alia virgo vetula, quae sola canit cum duobus pueris, nostris discipulis.» Vide totam illam epistolam apud Hansen, loc. cit., pag. 427, 428.

[1] Sic, pro Haemerulo, de quo vide appendicem, n. I.

[2] In appendice, n. I, sunt excerpta examinis Joannis Dionysii.

[3] Polancus, ex commissione, Tridenti 31 Aug. 1562 haec ad P. Madrid de collegio Herbipoli instituendo scribebat: «La R. V. auisi se 'l detto P.e Giouan Morauo sta tanto innanzi che si potesse mandar in Alemagna, massime per compiacer al vescouo de Herbipoli che tiene in ordine un' intrata de apresso 1000 scudi, et si contentarebbe adesso d' un predicator, si ben non se li mandassero li mastri, etc., et consignarebbe, a quel che intendo, il collegio, etc.» Ex archetypo, in *Cod. PLB,* 51 (328).

[4] De Busaeo et Fabio vide append. loc. cit.

tuis 100 daleris 24, singulis 12. Si tamen pecuniam non expendant in viatico, quod reliquum erit, acceptum tibi referetur. Nunquam omittam cum Dei gratia res istius collegii promouere (quod in me erit); itaque potestis ad me familiarissime scribere de rebus vestris, praesertim donec verser in hoc munere, quo etiam si perfunctus fuero, tamen est mihi demandata cura Germaniae et Galliae, quibus ego nationibus semper fauebo impensius et nominatim vestro collegio.

4. Fiat fortassis, ut Maguntiae egeant vnius Patris opera, qui possit praeesse convictoribus. Designabam ego magistrum Gregorium vestrum [1] eum scilicet, qui praeerat classi retorices; nam ea cura, qua sublevabat in magisterio nouitiatus M. Costerum, poterit aliis dari, vt ego arbitror. Esset mihi gratissimum, si illum mitteritis, ubi exigetur a M. Lamberto [2], Moguntiam, quod tamen non audeo omnino iudicare [3]. Ignoro enim vestras difficultates, praesertim hoc tempore, et iterum illud dico, fore mihi gratissimum, si illum mittatis, ubi erit futurum initium illius domus commensalium. Quod si non possitis, et exigant a vobis vnum sacerdotem, vel unum omnino, qui possit esse minister Moguntiae, id omnino conabimini praestare. Egebunt etiam fortassis uno fratre, qui infimae classi praesit, sed hoc certum non est. Vt enim Deus sua benignitate complectitur istud collegium, ita copia vestra alienam indigentiam, vt hactenus fecistis, supplere debetis. Deus sit nobiscum. Cepimus iam agere cum Rmo. herbipolensi de rebus sui collegii, et spero, quod bene succedent cum Dei gratia. Herbipoli, nonis Octobris 1562. † Tuus in X.o seruus,

† NATALIS. †

†

---

[1] Gregorius Fabius, frater Joannis Fabii paulo ante memorati. Vide append. loc. cit.

[2] Lambertus Auer, de quo dictum est in t. I, 308 et 318.

[3] Cum P. Fabius munere decani facultatis artium fungeretur a die 9 Octobris hujus anni usque ad 9 Octobris anni sequentis, Colonia discedere non poterat. Vide HANSEN, loc. cit.; pag. 438, annot. 1, et catalogum decanorum facultatis artium universitatis coloniensis 1556-1582, ibid., pag. 788.

216

P. JOANNES DE VICTORIA
PATRI HIERONYMO NADAL
VIENNAE, 18 OCTOBRIS 1562 [1].

1. Tridentum profecturum se dicit.—2. Animadversioni sodalium suorum libenti animo se subjicit.—3. Quod ad officium sibi committendum, praepositi Societatis liberae voluntati id prorsus relinquit, ad omnia paratus.

†
Jhs.

1. Gratia et pax Xpi., etc.—Después de hauer escusado mi ida á Trento en Praga, han tornado aquí estos Padres á concluyr que yo uaya. Y con todo esto me he detenido algunos días aquí por esperar á V. R. Al fin, pareziendo ser necessaria la yda, y que, según mis conceptos, avnque V. R. estuuiesse aquí, yo no sería necessario; por no estar ocioso, he tomado el partido de concluir el negocio comenzado, del qual informarán acá á V. R.

2. Quanto á lo demás parézeme que yo no he de deçir de mí, ni de los otros, ni de negotios, ó comunes ó particulares, cosa ninguna, fasta que en estos collegios donde yo he andado y estado, den á V. R. información de todo. Hecho esto, quanto á lo que tocará á mí en particular, yo me someto á la sindicatura, y á lo que, vista, me quisieren imponer; porque sé bien no será ni tanto como yo merezco, ni tampoco para apartarme del amor debido á Dios N. S. y á la [2] Compañía [3]. Quanto á los negotios diré

---

[1] Ex autographo, in *Cod.* 29, *b)*, *German. Epist.*, unico fol., 40 (93).

[2] Ms., *alla,* hic et infra.

[3] Ut haec melius intelligantur, animadvertere oportet Patrem Victoria a suo praeposito provinciali B. Petro Canisio, immerito quidem, alienatum fuisse, nec ejus gubernandi rationem probasse, ut clare eruitur, tum ex epistola B. Canisii, 4 Maji hujus anni ad P. Lainez data, tum ex aliis epistolis ejusdem P. Lainez, et Nadal infra edendis. Ex supra dicta Canisii epistola haec ad rem nostram faciunt, quae ipsi Canisio de P. Victoria scribebat rector collegii pragensis: «Etiamnum saepe ac grauiter satis pro suo more conqueritur de Rdo. Patre prouintiale, quem licet (ut ait) amet ac reuereatur, officij et vocationis ratione; nullo tamen modo, in gubernatione, contra suam conscientiam et cum detrimento collegiorum, sequi potest. Ait saepe Patrem prouintialem non ad prouintialis officium, sed ad contionan-

después, si fuere menester, lo que juzgare será probechoso á los collegios y personas dellos.

3. Quanto á la causa mía particular y officio, y estar acá ó en otra parte, no he determinado dezir cosa alguna, ni aun á N. P., hasta que V. R. aya complido con la visita destos collegios. Entonzes aquí ó donde N. P. me mandare diré lo que entiendo. No huyo la cruz, que en la tierra á todo rincón está muy enseñoreada; pero holgarme hía quella me echasse de sí hasta aquellos montes de donde entretanto que viuiéremos viene nuestra ayuda. El que reyna en ellos reyne enteramente en nuestras almas. Amén. Esto puedo decir: que *multum incola fuit anima mea cum habitantibus Cedar* [1]. De Vienna, 18 de Ottubre 1562. De V. R. sieruo en Jesu X.º,

† VICTORIA.

Aquí dexo con esta algunos papeles. V. R. los podrá veer y

---

dum et scribendum esse idoneum; eumque sibi in omnibus esse semperque fuisse contrarium: nec omni culpa vacare P. Lanoyum, ut qui sit prouintialis compatriota. Hanc ob causam se reliquisse viennensem rectoratum, et nunc modis omnibus praesentiam et colloquium prouintialis subterfugere, quod sibi nihil molestius aut grauius euenire queat, quam aliquid cum prouintiale tractare. Dolet interim plurimum, quod cum R. P. Romanis aliquoties et clare satis haec perscripserit, ipsi tamen dissimulent, ac si nolint rem intelligere. Expectat tamen ex vrbe literas, quibus uel omnino ab hoc tractandi offitio absoluatur, uel certe liceat sibi pro arbitrio suo collegiorum negotia tractare. Causam nullam uidet, cur sibi diffidant superiores, in tractatione negotiorum. Nam siue experientia, siue iudicium, siue fauor hominum, siue denique charitas quam habet, spectetur, se eum esse dicit, qui nulli Societatis Patri cedat. Haec et plaeraque alia, quae lubentius omitto quam scribo, dicit, meque admonuit, ut si de his P. V. scriberem, id ualde prudenter fieret, ne P. V. hinc scandalizaretur. Equidem nullum scandalum ex parte humanae infirmitatis in R. V. timeo Dei gratia, et proinde libere scripsi, quo facilius malis futuris occurratur. Nam vt ait, nisi timuisset Dominum, hanc ob rem iamdiu maximum salutis ac vocationis suae detrimentum passus fuisset. Immo ut apparet, et ipse quodam modo fatetur, vtriusque sanitatis satis graue detrimentum patitur, cum hac de causa raro bene valeat corpore, ac perpetuis animi perturbationibus affligatur, vt ipse ait...» Ex autographo in cod. «*Epist. B. Petri Canisi, I*», 107 (276). Vide etiam epistolas Polanci, ex comm., ad P. Victoriam datas 27 Jul. et 17 Aug. 1563, in appendice, nn. XIV et XVII.

[1] habitavi cum habitantibus Cedar: multum incola fuit anima mea. PSALM. CXIX, 5, 6.

hazer lo que quisiere. Bien creo que yo tornaré de Trento antes que se acabe la visitatión de solo este collegio por ventura, si pluguiere á Dios N. S. y á N. P. No pienso de tratar con N. P. otra cosa alguna, si así se contentará Su R.a, sino aquello á que estos Padres me envían.

V. R., si será contenta, se haga mostrar el librillo mío *De pietate principum Germaniae* [1]. Creo que ya estará bien copiado. Muchos le desean, y si será vtil, se les podrá emendado comunicar en estampa, como á Nro. P. parecía. Yo no le he reuisto.

Inscriptio in secunda pagina: †Jhs. Para Nro. R. P.e M.o Hierónymo Natal, etc. *Natalis manu:* de las cosas passadas del P. V[ictoria]. *Alia manu:* 62. *Manet aliquod sigilli vestigium.*

217

PETRUS DE ZARATE
PATRI HIERONYMO NADAL

MATRITI, 21 OCTOBRIS 1562 [2].

1, 2. Collegii garziensis fundationem maturari enixe postulat.

†

1. Muy Rdo. Padre. Con muy gran desseo he stado de saber que nuestro Padre general, V. R. y el P. M.o Pollanco sean legados con bien en Trento, hauiendo dado tan buena vuelta por Flandes y Alemania. Y aunque creo que ayan trauajado algo, spero en Dios que aurá mucho aprouechado. Que á Él plegue sea ansí, como ay tanta neçessidad en todo el orbe christiano, donde corren tiempos de tanta calamidad.

2. En este bendito colegio de Garciaz desseo se dé alguna resolución, como V. R. é yo en Alcalá concordamos, y querría veniese la bulla con dilligençia, la qual spedirá M. Reboster, y antes que yo me partiese daquí, porque yo hiría á dar la posesión á la Compagnía y á traspassar 60.ta ducados de censos que se an comprado para el colegio, y para assignar otros dineros que

[1] An typis hoc opus Patris Victoria excusum fuerit ignoramus. SOMMERVOGEL, nullam de illo mentionen facit in sua *Biblioth. de la C. de J.*

[2] Ex autographo, in *Cod. 28, b), Hisp. Epist.*, duplici fol., 349.

serán menester para las necessidades del colegio. Supplico á V. R. haga con el Padre general que escriua al P. Francisco y á M. Reboster para que se emiende lo supplicación, y el Reboster spida la bulla, y me la inbíe antes que de aquí me parta, que me dan sperança que hiré con el embaxador que hirá á Roma. Y como más vezes he dicho á V. R., yo creo que no aurá en toda Estremadura colegio que sea de tanto prouecho como Garcíaz, donde tantos novicios se podrán mantener con la aiuda de Dios; y por esto tanto insté con V. R. para que viese y visitase á Garcíaz, para que se viese si yo dixe siempre verdad, ó si los clérigos de Garcíaz la dixieron al Padre rector de Plasencia, el qual dió mas crédito á los clérigos de lo que fuera menester; pero á los buenos labradores del lugar no los pudieron engañar [1].

A mis Padres M.º Salmerón y M.º Polanco beso las manos, y me encomiendo en sus santas oraciones, que todo lo he menester, y nuestro Señor nos ampare á todos en su santísima gracia. Amén. De Madrid, á 21 de Octubre 1562. Besa las manos de V. R. su muy cierto servidor,

P. DE ÇÁRATE.

Inscriptio in quarta pagina: † Al muy Rdo. Padre, mi Padre Maestro Nadal de la Compagnía [de] Jesús, en Trento. *Sigilli in cera rubra impressi pars tantum conservatur.*

218

P. JOANNES DE POLANCO
PATRI HIERONYMO NADAL

TRIDENTI, 25 OCTOBRIS 1562 [2].

Collegiorum viennensis, tirnaviensis, monacensis et pragensis inspectionem differendam, vel, rectoribus convocatis, a longe faciendam ob contagionis periculum.

Mucho nos alegramos *in Domino* de entender que V. R. con salud huuiese llegado en Augusta, como lo supimos por su letra de 17 del presente, y por relación del H. Ximénez [3], que ayer

[1] Vide t. I, 376, 417, 439, 483 et 506; et POLANCO, *Chron.*, V, 267.
[2] Ex Regesto, *Cod. 33, c)*, fol. 26 v. In margine: *Augusta. P.e Nadal.*
[3] In Regesto, *Cod. 33, c)*, fol. 22, haec de epistola ad B. Canisium die

llegó aquí. No hemos aún acabado de leer las letras que él traxo, mas en esta se responderá á la de 17 dicha. Y en lo que toca á la uisitación de Vienna, Tirnauia y Praga, viendo N. P. lo que V. R. escriue, y que la peste de aquellos lugares no ha cessado, no le parece que se haga por aora [1], sino que sin yr allá, ni á Monachio, haga V. R. lo que pudiere por los dichos collegios, usando del modo que en Spaña en las prouincias que no pudo uisitar, aora sea haziendo uenir los rectores, ó algunos otros que informen, si se puede hazer buenamente, aora con letras se trate lo que se ha de tratar. Todauía le parece á N. P. que sea llamado el P. Victoria, y fuera bien.

219

P. JOANNES DE POLANCO
ex commissione
PATRI HIERONYMO NADAL
TRIDENTI, I NOVEMBRIS 1562 [2].

1. Per P. Victoria cognoscet P. Nadal quid de communione sub utraque specie dixerit P. Lainez.—2, 3. Quid de P. Victoria statuendum, cum ipse Beato Canisio minus acceptus esse sibi videatur.

1. Esta lleua el P. Victoria, que uino aquí á Trento por conferir con N. P. el parecer de los collegios de Vienna y Praga sobre el pedir la comunión *sub utraque specie,* que pidió Su Magestad; y él dirá lo que en esto se ha hecho. El uoto de N. P. so-

---

12 Octobris data annotantur:... «Se li risposse detto giorno alle sue di 3 de 8.bre Si scrisse anche al P. Natal, mandandoli certe lettere, etc., tocando de Ximenez, che auisi se lo mandará per il corso; benchè si non hauerà altro aproposito, lo debbia ritener; et che proceda cautamente nella uisita per conto della peste.»

[1] Die 25 Octobris hujus anni, jussu P. Lainez, haec ad B. Petrum Canisium de P. Natali scribebantur: «...Si scriue al P. M.o Natale che lasci star per adesso la uisita di Vienna et Praga, et vadi ad Ingolstadio et Salisburg et in Hispruch, et di là se ne venghi a Trento trattando quello che si potrà in absentia per utilità delli collegii che non si uisitano.» Ex *Cod. 33, c),* fol. 26.—Et ibid. fol. 25, haec de precibus pro P. Nadal Societati indicendis: «Roma—P. D. Madrid.—Se li scrisse alli 22 d' Ottobre 1562... che facessi raccomandar al P. Nadal per causa della peste, etc.»

[2] Ex Regest., *Cod. 33, c)*, fol. 28 v, 29. In margine: *P. Natal.*

bre la mesma materia se embió scritto apriesa y de muchas manos por despachar. Pensaua N. P. que el P. Vittoria le podría mostrar (quando ubiese alguna buena occasión) á su Magestad, y así copiándole el criado del P. Canisio, se le podrá dar al P. Vittoria, si allá no se sintiesse que otra cosa conuiene más [1].

2. Quanto al P. Vittoria mesmo, se ha mirado si conuenía que tornasse á Alemagna, ó que se detuuiese por acá; y no pareció á N. P. que era bien que así *ex abrupto* se sacasse de allá, specialmente por hauerle dado cargo el emperador que le diese en scripto los pareceres de los theólogos nuestros de Praga y Vienna, y sin tomar licencia de su Magestad, y dar alguna orden á las cosas començadas por él, que no sé cómo se acabarían por otro conuenientemente; y en fin hasta que V. R. esté bien informado de las cosas y personas de essa prouincia, y sobre la información confiera con N. P., no parece que conuendría sacarle de essa prouincia; y porque podrá ser que V. R. fuese partido de Augusta quando él ay llegasse, y porque en Hispruch el rettor tiene necessidad de ser animado, y creo ayudado con consejo, ha parecido á N. P. que en Hispruch spere á V. R., ó su recaudo en caso que se determinasse de yr á Vienna antes de uenir á Hispruch; y porque él anda retenido en dar razón de las cosas passadas y de las personas por scrúpulo de no dar lugar á la passión propia y cosas semejantes, será menester que V. R. le mande dezir lo que ay, para aclararse en lo que conuiene hazer ó disponer en essa prouincia. La summa es de su inquietud, que le parece que el P. Canisio no tiene por buena cosa alguna que haze, ni le declara su uoluntad, ni él puede acertar á hazerla; y

[1] Agitur de voto Patris Lainez in concilio tridentino die 6 Septembris emisso contra communionem sub utraque specie laicis concedendam. «...Multaque dixit in laudem caesaris, cui multum ejus societatem debere fatetur, ut quae ab ejus majestate plurima beneficia receperit, et multa collegia ab eadem constructa sint. Idem dixit de duce Bavariae: verum quod quanto magis ipse eis debet, tanto fidelius consilium eis dare debet. Non videtur igitur ei propter supradictas rationes, ut calix concedatur...» THEINER, *Acta... concilii tridentini*, II, 114, 115. Cf. PALLAVICINO, *Storia del concilio*, lib. XVIII, cap. IV. SACCHINI, *Hist. Soc. J.*, part. II, lib. VI, nn. 80-84; et BOERO, *Vita del P Lainez*, lib. II, cap. IX.

otras cosas se siguen de aquí; y pienso yo que de la una parte y de la otra hay alguna falta [1]. V. R. lo entenderá mejor quando meta la mano en los pechos, y uea las cosas de cerca.

3. Por la auctoridad que tiene el Victoria con el emperador, y por el talento para muchas cosas, parece útil para Alemaña, donde ay pocos práticos para el gouierno [2]. Pero si no se hallase modo para concertarse con el superior que ay, ó que huuiesse otro superior, diuidiéndose la prouincia; no se quám útil será allá su presentia, porque tiene muy dentro metida esta impresión, que no puede hazer cosa que agrade al prouincial, etc. Remítome en lo demás á lo que V. R. iuzgare conuenir, después de informarse; que N. P. no lo ha hecho enteramente, parte por estar tam ocupado, parte porque está ay V. R., que podrá informarse quanto será menester deste suppósito y lo demás. Imbíase con él un sacerdote inglés para que se prueue en Hispruch. V. R. uerá si es expediente que quede allí, ó que uaya á otro collegio.

Nuestro Padre y todos nos encomendamos mucho en las orationes de V. R., y todos rogamos á Dios N. S. se sirua mucho de su ministerio en esta uisita, y llegue con salud acá. De otras cosas oy [3] scriuo á Augusta, ó mañana, para V. R. De Trento, p.º de Nouiembre 1562.

---

[1] De P. Victoria ejusque a B. Canisio aversione vide epist. 216 et append., nn. XIV et XVII.

[2] Hanc certe Patris Victoriae dexteritatem et sollertiam ipse B. P. Canisius passim in suis epistolis fatetur. Vide Braunsberger, *Canisii epist.*, II, 641, 642 et 659.

[3] Ms., *ay*.

220

P. JOANNES DE POLANCO
ex commissione
PATRI HIERONYMO NADAL
TRIDENTI, I NOVEMBRIS 1562 [1].

1, 2. De Jacobo Muntz, Haemerulo, Jimenez, Arnoldo et aliis Romam missis: Gaudanus ad inferiorem Germaniam destinatus.—3. Episcopo herbipolensi non posse satisfieri usque ad sequentem annum: osnabrugensi scribitur ad mentem Patris Nadal: doctor Henricus ad illum mittetur.—4, 5. De fratre Patris Roberti: de equo a Canisio empto.—6. De P. Victoria.—7. De rectore viennensi.—8. Magister Hermes Oeniponte non educendus videtur.—9. Rumores contra P. Lainez sparsi, et per legatos pontificis dissipati.—10. De magistro Joanne, anglo.— Post scripta. *De legato imperatoris: de concilio, etc.*

1. A las cartas que de V. R. traxo el hermano Ximénez y otra de 17 del passado, que casi era copia, se ha respondido el martes passado; y así en esta solamente diré lo que occurre sobre las letras que de Maguntia dió V. R. al M.ro Arnoldo y M.ro Roberto [2], con otra en Augusta dada al mesmo. Después diré lo que más occorre.

2. Quanto á Jacobo Muntz [3], ya screuí que se embió á Roma, y el soldado á la cocina de Hispruch, donde no auía cocinero, para que sirua y se prueue. El Emérulo [4] y Ximénez [5] se embiaron á Roma, y asímismo Arnoldo con sus cinco compañeros, ymbiando el capítulo de la letra de V. R. sobre ellos, y diziendo de Arnoldo que le prueuen en casa y en el hospital, y hallándole que da buena ediffïcación, que le pongan en el curso de theología, y no en classe ninguna. El despacho de Scotia se embió con la

---

[1] Ex Regest., *Cod. 33, c)*, fol. 29. In margine: *Augusta. P. Natal.*

[2] De Arnoldo Concho et Roberto Claissonio vide appendicem, n. I.

[3] Vide *Natalis Ephemer.*, supra, pag. 97.

[4] Franciscus Haemerulus, de quo vide append., n. I. Praeterea Polancus, ex commiss., Patri Madrid, die 26 Octobris, haec Tridento scribebat: «Llegarán presto á Roma los dichos Mtro. Francisco Emérulo y Ximénez: el primero se podrá embiar luégo á las lectiones de theología, y el 2.º començará el curso. Son entrambos harto buena gente y prouada.» Ex archetypo, in *Cod. PLB.*, 72 (359).

[5] Jacobus Jimenez, socius P. Nadal, cujus examen habes in append., n. I.

posta á Roma, junto con las que uenían para N. P., y al Gaudano [1] se le ha scripto (porque él mostraua conuenirle para su salud, y para hazer más fructo) que se fuese á la inferior Germania, pues para Herbípoli conuiene algún subiecto de más fuerzas y lengua thudesca.

3. Para el obispo ua aquí una letra en que N. P. muestra uoluntad de complacerle, como aya manera para ello, la qual aora no se uey; mas para el año que uiene se da speranza. Otra ua para el obispo osnabrugense en conformidad con la de V. R., y scríuese á Colonia que, quan presto puedan buenamente, le embíen al dottor Henrico [2].

4. El hermano del P. Roberto pareció harto claramente que en materia de dineros yua con su hermano poco sinceramente; y hablándole aquí M.ro Roberto, harto le significó ser uerdad que él auía aprouechádose de aquellos dineros que faltaron para pagar no sé qué deudas; y hase embiado todauía á Bologna con un cauallo de los dos que traían, y dándole uiático hasta allá, porque mostraua no tenerlo; y diósele letra para el prouincial M.ro Benedetto [3] que está allí (ya sano de su enfermedad), para que uendiesen el cauallo, y los dineros se embiassen á Roma, y le diessen los exercitios, porque antes de començar él sus studios prometió aquí de hazerlos exactamente para determinar de su stado, ultra el aprouecharse en su spíritu. Quedó aquí M.ro Roberto porque se inclinó á ello, y N. P. se contentó. Se uerá si se imbiará á Roma, antes que V. R. llegue.

5. El cauallo que el P. Canisio compró lleua el P. Vittoria á Hispruch, porque aquí hazía costa en la hostería, y él no hallara cauallo alquilado, sino muy caro. Allá se podrá uender, ó si

---

[1] Nicolaus Gaudanus (Floris), de quo saepius in his Monumentis.

[2] Vide epist. 210 et 213 cum annot. Die 3 Novembris, Polancus, ex commiss., P. Leonardo Kessel, haec inter alia Tridenti scribebat: «Quod attinet ad p. d. Henricum, si tempus suppetet, ejus litteris rescribam. Si modo non potero haec erit summa rei, quod non videtur contemnenda occasio collegii Osnabrugensis et provinciae illius necessitatem ac episcopi pium sanctumque desiderium iuvari omnino decet...» Ex Hansen, loc. cit., pag. 441, ubi plura de eodem argumento reperies.

[3] P. Benedictus Palmius.

alguno abrá de hazer algún camino, seruirá para esto, ó si se torna á ymbiar acá, podrá ser que sirua para quando el P. Roberto se fuere á Roma. Y con esto, no ueo que aya otro que responder á las dichas letras.

6. El P. Vittoria se partirá mañana para Hispruch para sperar á V. R. allí, [y] entretanto ayudar al rettor y animarle, que se muestra harto pusilánimo. Si V. R. se determinasse todauía de yr á Vienna (porque dizen ha cessado la peste), le podrá screuir que él uaya allá, y luégo lo hará. No pareció poderse sacar de Alemagna así *ex abrupto,* ni antes de dar razón al emperador de los pareceres de los nuestros, que le cometió se tomassen sobre el pedir la *utraque specie,* y tomar buena licencia de S. M., porque haze mucho caso dél, á lo que entendemos, y exasperarse hía [1], si se sacasse así de la prouincia sin dezirle nada. También parecía á N. P. que no se puede hazer iuicio si conuiene sacarle ó no de Alemaña hasta que V. R. esté muy bien informado de las cosas y personas de aquellos collegios de Vienna, Tirnauia y Praga, oyendo los unos y los otros. Así que él ua á Hispruch para sperar la uenida ó recado de V. R. El lleua letra también sobre esto [2].

7. El rettor de Vienna scriue una letra á N. P. sobre serle quitado el cargo, y otra sobre muchos puntos: ymbíase á V. R. De acá se le ha scripto animándole, y resoluiéndole que conuiene que lleue su peso. V. R. uerá si algo le parecerá más screuir acerca de los puntos que contienen sus cartas, y después se podrán tornar á embiar acá.

8. El P. D. Lanoy scriue de sacar al M.ro Hermes, predicador, de Hispruch; y es la colona principal de aquel collegio, y así no parece á N. P. se saque por aora; y V. R. quando uisitare aquel collegio, uerá si conuiene mouerle ó no, y ay lo tratará en presentia con dicho P. Lanoy.

9. Por occasión de los rumores que se scriuen de Praga, etc., se ha procurado que estos Señores Ill.mos legados scriuan á S. M. una letra de quán honoríficamente se huuo N. P. en hablar de

[1] Ms., *ya.*

[2] Vide epist. 216 et 219.

S. M., etc., y de por sí se haze una patente por los mesmos legados, en la qual dan testimonio de cómo N. P. dixo entre los perlados por orden que ellos tuuieron expresa de Su S.d, y por la costumbre receuida en la yglesia de que los generales se admitan al concilio con boz diffinitiua, y que no pretendió nunca preceder los generales de otras religiones, antes lo contrario, de su parte; bien que ellos por no ponerse á determinar de la precedentia, le hizieron assignar lugar extraordinario; y por occasión desto se ordena la patente, en modo que se uey que el concilio presupone nuestra Compañía ser religión approbada, y desta manera sin controuersia se uiene al intento que V. R. muestra en sus letras de procurar la approbación [1], sin ponernos en una cosa nueua en los concilios (donde no leemos que se aya approbado religión ninguna), y en iuizios tan diuersos, y algunos por uentura no muy afficionados; y el papa no sé cómo lo tomaría, pues estas approbationes son de la sede apostólica y no del concilio. Si no pudiere yr aquí una copia auténtica, spero embiarla con el primero [2].

---

[1] Cf. epist. 14 Nov. hujus anni; 18, et 27 Jul., 17 et 31 Aug. 1563, etc.; et in append., n. XV, epist. S. Caroli Borromaei 4 Augusti 1563 datam.

[2] Hoc diploma edidit P. SACCHINUS, *Hist. Soc. J.*, p. II, l. VI, n. 79; non tamen omnino accurate et secundum exemplar archetypum, quod prae oculis habuisse credendus est. Nam, praeter aliquas orthographicas discrepantias, quas non operae pretium est annotare, inter quas recensenda est emendatio vocis *praesbyter* quam archetypum semper cum diphtongo habet; hae variationes inductae sunt: Archetypum, *exoptantibus;* Sacchini, *cooptantibus*. Arch., *diffinitiuo;* Sacch., *definitiuo*. Arch., *ceremoniarum;* Sacch., *cerimoniarum*. Arch., *antiquiorum Religionum;* Sacch., *antiquarum Religionum*. Arch., *modestia et pacis studio;* Sacch., *modestiae et pacis studio*. Arch., promiscue habet *Relligio* et *Religio;* Sacch., semper scribit *Religio*. Arch., *et antiquioris nostrum sigilli impressione communiri fecimus;* Sacch., *et antiquioris nostri sigilli impressione communiri fecimus.*—Tandem omittuntur a Sacchino subscriptiones quatuor cardinalium, quae quidem autographae hoc ordine in archetypo habentur: *Her. Car.lis Mantuan.=Hier. Card. Seripandus.=Stan: Card: Varmien:= Lud. Card. Simoneta*. Paulo inferius: *Ang.s Massarellus epus. Thelein. Conc. Secr.s* ✠. Sigillum cardinalis mantuani nitide impressum conservatur, quod quidem hanc exhibet inscriptionem: HERCVLES GONZAGA PRAES CAR MANTVAN.—In quarta pagina, alia manu: *1562. Fides legator. sa. Conc. Triden. quatr. P. Laynes petijt sedere in ultimo loco. C=XX =LOL*—Ex *Cod. PL*, 107 (243, 244).

10. Es llegado aquí un M.tro Joan, ynglés [1] que V. R. habló en Louanio, y era collegial del collegio del papa, bachiller en theología, que en Tréuere (adonde comenzó los exercitios) estuuo 8 días; y porque allí comían carne salada y poca fresca, y porque el studio de theología era tibio, se quiso uenir a N. P., mouiéndole á ello el P. Simón [2] (como él dize). Creo se embiará á Roma. No ocurre qué otro dezir á V. R. sino embiarle las que aquí uan. N. P. prepósito sta con mediana salud, y así los demás que aquí estamos, y nos encomendamos en las orationes y sacrificios de V. R. De Trento, p.o de Nouiembre 1562.

Oy han comido N. P. y el P. Salmerón y el P. Vittoria (que es el intérprete) con el quinqueecclesiense [3], embaxador del emperador. Creo abrán hecho las paces. No les he hablado después que fueron allá. Del concilio no ay que dezir sino que se ha tenido grande trabajo, specialmente coñ los obispos españoles, sobre un punto de mucha consequentia que querían passar, y es, que los obispos *immediate a Christo acceperint et iure diuino habeant potestatem, non tantum ordinis* (que se les concede) pero aun *iurisdictionis*, en lo qual es la controuersia; porque esta se pretende, según la común sententia de los doctores canonistas y theólogos, que la tienen *immediate* del papa [4]. No se podría creer el trabajo que se ha passado sobre esto; pero ha tenido tanta fuerza el dicho de de N. P., y los officios que sobre esto se han hecho desta casa, que pienso se accomodarán las cosas bien.

Hoc idem documentum italice conversum edidit P. BOERO, *Vita del P. Lainez*, lib II, n. VIII. Licet autem dicat *ex autographo* se illud deprompsisse, ex ipsa versione prodit se Sacchinianum exemplar sectatum fuisse, dum *antiquiorum Religionum*, vertit: *delle Religioni antique;* et *antiquioris nostrum sigilli*, interpretatur: *coll' antiquo nostro suggello;* quod certe valde discrepat a sensu archetypi, qui est: *signari fecimus sigillo cardinalis antiquioris e quatuor subscribentibus*, scilicet, cardinalis mantuani.

[1] Joannes Coxus, de quo in append., n. I.

[2] Simon Belostus, anglus. Vide append., I.

[3] Georgius III Draskovich. GAMS, *series episcoporum*, pag. 377.

[4] «Granatensis et cum eo LIII petunt declarari episcopos esse de jure divino.» THEINER, *Acta concilii trid.*, II, 153. Votum P. Lainez de eadem re, ibid., pag. 197 et 198. Vide etiam PALLAVICINI, *Istoria del concilio di Trento*, lib. XVIII, cap. 15.

Dizen algunos que se differirá la sessión por respecto de los franceses, que dizen se acercan; pero no ay cosa cierta. *De matrimonio* no se ha començado á trattar.

De los libros de Louanio nos han dicho que son uenidos á Igni [?], 4 millas de aquí: si se supiese lo cierto, auisaré antes del cerrar desta.

221

P. HIERONYMUS NADAL

P. LEONARDO KESSEL

AUGUSTAE, 6 NOVEMBRIS 1562 [1].

1. De nova et locupletiori editione censurae catechismi Joannis Monhemii.—2. De rebus suis non jam ad Natalem sed ad P. Lainez scribant.—3. Collegia a Nadal perlustrata vel perlustranda.

1. Occurrit vero vt paucula dicam de editione censurae locupletatae [2]. Scripsi ego ad Patrem ea de re. Probat consilium, vt curetur haec editio primo quoque tempore, qua editione gnaue locupletatione confirmetur prior illa censura, et respondeatur Ar topaeo et Chemnisio [3], ita tamen vt compendio, quoad fieri poterit, constet ea locupletatio. Curabunt P. Henricus [4] et P. Costerus [5] hanc parare editionem, quam poterint diligentissime et

---

[1] Ex apographo, Patris Kessel manu exarato, in ejus *Epistolario*, *Cod. 37*, fol. 136 (24). Titulus initio positus: *6 Novembris*, *Augustae.—P. Natalis coloniensibus;* sed ex ipsius epistolae tenore eam Patri Kessel, coloniensis domus moderatori, datam fuisse clare liquet.

[2] Anno 1560 Coloniae editus fuit liber, cui titulus: «*Censura Et Docta Explicatio Errorvm Catechismi Joannis Monhemii*, *Grammatici Dusseldorpensis... per deputatos a Sacra Theologica Facultate Vniversitatis Coloniensis.*» De hoc igitur libro locupletando et denuo excudendo sermo est in hac epistola. De hujus operis historia plura congessit P. BRAUNSBERGER, *Canisii epist.*, II, 626, 627, 720 et 721. Cf. REIFFENBERG, loc. cit., lib. IV, cap. VI; HANSEN, loc. cit., pag. 349, 357 et 442; et JANSSEN, *Geschichte des Deutschen Volkes*, V, 462.

[3] Ms., *Chemusio.* «Privatam hanc censuram eodem anno secuta est publica, Facultatis Theologicae authoritate, ac jussu; cui Henricus Artopaeus et Martinus Chemnitius Lipsiae oblatrare conati sunt.» REIFFENBERG, loc. cit.

[4] P. Henricus Dionysius, de quo vide append., n. I.

[5] P. Franciscus Coster. Ejus examen inter alia habetur in append., n. I.

citissime, et eam mittent recta ad Patrem nostrum generalem; sed primum ad P. Canisium Augustam, vt breuissime, quae illi Patres scripserint, legat biduo vel triduo, et, adhibito iudicio suo, ad Patrem [transmittat]. Hoc magnopere omnes desideramus. Dent operam Patres huic negotio diligenter, sed tamen ita vt ne periclitetur eorum incolumitas, propter nimium laborem. Nam si fieri posset vt proximis nundinis ederetur, esset omnibus gratissimum et non absque fructu insigni. Simul curabimus, vt ad alia respondeatur, libellum edere, quo exponatur initium et progressus Societatis. Dominus erit vobiscum.

2. Quandoquidem habebitis iam a nostro Patre literas, quibus res vestrae dirigantur, nihil est quod de iis ad vos scribam, neque vos de iisdem ad me scribatis; sed omnia ad Patrem referatis.

3. Cupio vos omnes in Domino bene valere; ego quidem bene valeo, Christo gratia. Substiti aliquot dies in hac domo, non inutiliter, vt spero, occupatus. Deinde ex officio ingolstadienses nostros inuisi: triduo proficiscar Oenopontum, inde vero proficiscar Viennam et ad reliqua collegia, etiamsi intelligam suspitionem pestis esse in illis ciuitatibus [1]. Propterea nominatim cupio esse commendatum Patribus et fratribus, vt in missis et orationibus suis meminerint nostrorum collegiorum, quae sunt in ciuitatibus, quae peste laborant.

Hi Patres et fratres et omnes Patres et fratres istos salutant in Domino. Dominus sit nobiscum: ora pro me, Pater. [Augustae], 6 Nouembris 1562. Tuus in Christo seruus,

† NATALIS. †

†

[1] Vide epist. 218.

222

COLONIENSES SUPERIORES
PATRI HIERONYMO NADAL

COLONIAE, 9 NOVEMBRIS 1562 [1].

1. Ordinata a P. Nadal exequi satagunt, aliqua nihilominus nondum in praxim adduci potuerunt.—2. De ministeriis Societatis in templo S. Ursulae.—3. De Busaeo et Fabio, et de collegio moguntino.

1. Reverende Pater. Operam dedimus, vt, quae a R.tia Tua ordinata fuerunt, in vsum venirent [2]. Verum angustia loci impeditur, quominus commode conuictores nostri in communi orare possint. Si in aliquo successu temporis difficultatem experiamur R.tiae T. indicabimus. Procuratorem constituere nondum data fuit oportunitas, et in hac ad baccalauriatum admissione solummodo 10 daleros recepimus, quos pauperibus distribuimus [3].

2. Canonici aedis D. Ursulae molesti quidem nunc nobis non sunt, sed potestatem confessionis et communionis sacramenta administrandi apud se nondum fecerunt, post electionem archiepiscopi videbitur, quid vlterius tentare liceat [4].

3. Vbi a romanis intellexerimus, quantum Theodorus Buseus et Johannes Fabius in via consumpserint, oblata commoditate restituemus. Maguntino collegio libenter praefectum conuictorum mitteremus, sed magistrum Gregorium facultas artium decanum constituit, et optime classem rethoricam regit, vt in ea videatur relinquendus [5]. Vbi tamen aliquem petierint, omnia ea praestabimus, quae in nostra erunt potestate. Post Purificationem enim nouos magistros habebimus [6], cathalogum lectionum

---

[1] Ex apographo, Kesselii manu exarato, in ejus *Epistolario*, *Cod. 37*, fol. 132 v. (20). Titulus documento huic praefixus: *Ad R. P. Natalem.*

[2] Quae P. Nadal in collegio coloniensi observanda praescripsit, habentur in *Cod. 6, Natal. instr. Germ.*

[3] Vide epist. 215, n. 2.

[4] Vide epist. 215, n. 1 cum annot.

[5] Vide epist. 215, n. 4 cum annot.

[6] In litteris annuis collegii coloniensis, 29 Aprilis 1563 datis, haec de renovatione studiorum, Kesselii manu scripta habentur: «Renovavimus proximis istis diebus studia et primis cuiusdam classis munera dedimus, aliaque exhibuimus, quae ad inflammandas iuvenum animas in huiusmodi

et literas mensis mittimus, et collegium totum precibus ac patrocinio R. T. humiliter commendamus. Coloniae, 9 Novembris 1562.

223

P. JOANNES DE POLANCO
ex commissione
PATRI HIERONYMO NADAL

TRIDENTI, 10 NOVEMBRIS 1562 [1].

Non est epistola, sed compendiosa indicatio rerum, de quibus ad P. Nadal scribitur, sc., de ejus profectione Tridentum, de concilio, de libris acceptis, de Paiva contra Chemnitium scripturo, de litteris patentibus legatorum, de professione doctoris Torres, etc.

Eodem die si replica de sua uenvta in qua e andata in Vienna, come l'altre uolte, et se li danno nuoue del concilio, et delli libri gionti, et de mandar quelli di Augusta, et del Paiua [2] che responderà a Kemnizio [3] et della lettera et patente delli lega-

---

actu adhibere consuevimus.» HANSEN, loc. cit., pag. 466, 467. Et re quidem vera, licet anno 1557 mense Februarii renovata studia fuerint in collegio coloniensi, ut constat ex REIFFENSBERG, loc. cit., lib. III, cap. III, ubi haec habet: «Publicum jam demum adepti Gymnasium, Ludum aperuimus XV Kal. Martias (15 Febr.) affixo in scholarum vicinia praelectionum habendarum catalogo»; attamen communiter mos ferebat in Germaniae collegiis studia bis in anno renovare, scilicet: mense Aprili, circa diem 23 S. Georgio sacram, et mense Novembri circa diem 11, S. Martino dicatam. Cf. PACHTLER, *Ratio studiorum et Instit. schol. Soc. J.*, I, 167.

[1] Ex Regest , *Cod. 33, c)*, fol. 35 v.—In margine: *P.e Natale.*

[2] Didacus de Paiva de Andrada, quem HURTER, *Nomenclatore literario*, I, 20 (Oeniponte, 1892) «hispanorum omnium celeberrimum» theologiae polemicae scriptorem nominat, sub hispanorum nomine complectens etiam lusitanos. De ejus libro contra Chemnitium et de Patris Nadal pro illo adornando cooperatione, plura reperies infra, epist. 226, nn. 2-5, cum annot.

[3] Die 14 Septembris hujus anni, Polancus ex commissione haec ad B. Petrum Canisium scribebat:... «Molto desideramo intender alcuna noua del P.e Natal. Qui credo si mandaranno alcune lettere per lui, come si mandorno altre la settimana passata. Di quel libro che scrisse Kemnicio *contra Jesuitas* pareria ben a N. P.e quello che scriue la R. V. che qualcuno di fuora della Compagnia pigliasse questo assumtto, dandoli ragione quelli della Compagnia delle calumnie di quest' huomo. Se V. R. hauessi tempo, si crede notaria molto bene li punti necessarii, et anche farebbe la risposta; ma per uederlo tanto ben occupato, non se li da questo peso.» Ex Regest.,

ti [1], et de la professione del Dottor Torres [2], et de aiutar il rettor di Hispruch, et de raccomandarli la casa di probatione in Alemagna, et udir M.ro Ludouico.

224

P. JACOBUS LAINEZ
PATRI HIERONYMO NADAL

TRIDENTI, 14 NOVEMBRIS 1562 [3].

1. Probat Pater generalis visitationem collegiorum Germaniae; a pestifera tamen lue caveat P. Nadal.—2. De provinciae Germaniae divisione et de collegio oenipontano.—3. An imperatori satisfactio aliqua exhibenda videatur praeter legatorum litteras.—4-7. De provinciali Galliae providendo: cum Adriano suaviter agendum: litteras a legatis datas sufficere, nec alteras a concilio petendas: monita Patris Nadal pro tempore pestis probantur.—8-12. De libris acceptis: de doctore Paëz: de magistro Georgio Oenipontum mittendo: episcopo herbipolensi scriptum fuisse: de magistro Bartholomaeo.

Jhus.

Pax Xpi., etc. Muy Rdo. en Xpo. Padre. Receuí las de 6 y 7 del presente de V. R. y enderezo la respuesta á Hispruch, donde pienso le hallará.

1. He uisto el deseo que muestra ó inclinación á hazer la uisita toda antes de salir de Alemagna, y lo que me parece añadir á lo ya scripto es, primeramente que á collegio que estuviese infecto de peste no uaya, y aunque no lo stuuiese, si uuiese algún recelo, tampoco uaya. Si ni huuiesse infettión, ni temor, y pareciese al médico que no ay peligro en yr á essos collegios, uaya V. R., conforme á lo que scriue, en nombre de Dios N. S.

Cod. 33, c), fol. 14.—Et in eodem cod., fol. 35 v. haec de refutatione Chemnitii eidem Canisio die 10 Novembris scripta reperiuntur: «Augusta. Canisio. Eodem die: «che l' Paiua responderà al Fabricio et al Kennizio et che mandi quel che hauerà notato, et una copia del Kennizio, se ha due... che mandi qua li libri che comprò il P. Natale presto...» —De eodem libro Chemnitii agitur in epistola ad rectorem coloniensem, die 3 Nov. data; ibid. fol. 31 v. Hanc autem epistolam habes apud HANSEN, loc. cit., pagg. 441 et 442.

[1] Vide epist. 220, n. 9, cum annot.

[2] P. Hieronymus Torres, hispanus, de quo vide append., n. I.

[3] Ex Regest., *Cod. 33, c)*, fol. 39 v. 40. In margine: *P.e Natal.*

por la necessidad que en ellos ay de uisitación, y utilidad que se spera della, y por acabar de una uez sin hauer de tornar después que uiniere á Trento [1]. Y ruego á Dios N. S. le tenga en su protectión, y le traiga por acá con salud. El yr por Salisburgo me parece bien; y mire si sería conueniente que se hallase allí el Dr. Canisio. El disegno de sacar los nuestros de Monachio me parece bueno, y en todo caso querría se sacassen [2].

2. De la partición de la prouincia de Alemagna, quando ste V. R. más informado de las cosas y personas della, se podrá más opportunamente trattar. Vn tiempo yo me inclinaua á que el P. Canisio quedasse con nombre de comissario, y que huuiese prouinciales que immediatamente rigiessen las prouincias; pero desto trattaremos en presentia, placiendo á Dios, y también de los particulares que se nombran para superiores [3]. Del de Hispruch, quando aya uisitado aquel collegio podrá mejor juzgar si se puede ayudar, ó si será necessario dar el cargo á otro, ó tomar algún medio por la falta que ay de thudescos con la gente que allí sta para el buen gouierno del collegio.

3. Sobre el satisfacer al emperador, presupuesto que los legados le han scripto [4], V. R. podrá conferir con el D. Victoria, y uer si debría él mismo llegarse á la corte, por si fuese menester

---

[1] «Al P. Maestro Nadal, porque se muestra él inclinado á cumplir la uisita de Alemagna, y piensa poder hazerla sin peligro, no se le manda absolutamente che uenga; ma se le ponen tales conditiones sobre su securidad, que no hará el camino de Vienna y Praga, ó si le hiziere, probablemente le hará sin peligrar.» Ex epist. ad S. Franciscum de Borja, Romam, die 16 Nov. 1562, data. Ibid., fol. 41 v.

[2] «Alemagna. Prouincial et P. Natal et dottor Theodorico Canisio.—Se li scrisse alli cinque di 8.bre 1562 et a Theodorico fu detto che restando alcuni in Monico, la moltitudine et quelli de miglior complexione si poteuano mandar fuora, et con loro il rettore, ma che si habbiamo a conferire col P.e Natale.» Ibid., fol. 21 v.

[3] Vide epist. 229, n. 2; et 19 Maji et 10 Junii anni 1563 datas.

[4] Vide SACCHINI, *Histor. Soc. J.*, part. II, lib. VI, nn. 77-79, et PALLAVICINI, *Istoria del Concilio di Trento,* t. IV, lib. XVIII, cap. 2, nn. 5-7, ubi emendandus est dies et mensis, quibus Lainez Tridentum pervenit; non enim die 23 Julii, sed idibus Augusti, ad illam urbem advenisse testatur Sacchinus, et confirmari potest ex epistola P. Polanco, die 15 Augusti ad Borgiam Tridento data, ubi ait: «...la nostra partita per Trento, doue siamo arriuati a 13 del presente.» Ex apogr. coaevo, in *Cod. PLB,* 49 (320).

hazer algún officio los electores y madama y el cardenal Granuella; aunque parece, según acá nos dezía el dicho Victoria, que para con el emperador poco podría bastar. Con el rey Massimiliano no lo sé [1].

4. Para prouincial de Francia, si á V. R. occurre alguno fuera de M.ro Antonio Cordeses, holgaré me dé auiso, que acá hallamos difficultad si quien fuese de fuera del reyno se iuzga no sería á propósito como el M.ro Oliuerio [2], etc.

5. Al prouincial M.ro Euerardo se podrá screuir sobre el modo en que se abrá con M.ro Adriano [3]. Yo holgaría se procediese suauemente con él, y si dexase á M.ro Jacobo [4] hazer su officio, podrá ser no aya inconueniente en que él esté á uezes en Louayna aunque más holgaría yo que en Enuers [5] ó otra parte atendiese al officio de professo [6].

6. La patente de los legados parece podrá bastar como se ha sacado, y ni ay necessidad, ni creo abría disposición para procurar otra cosa del concilio [7].

7. Hemos uisto lo que scriue del modo de gouernarse en la peste, y ha parecido bien, y así se podrá obseruar [8].

---

[1] Vide epist. 220, n. 9.

[2] P. Oliverius Manareus.

[3] De P. Adriani Adriaenssens cum P. Nadal congressu Lovanii, 8 Julii hujus anni habito, vide in appendice, n. VIII, quae P. Everardus Mercurianus scripta reliquit.

[4] P. Jacobus Schipman, de quo vide epist. 206.

[5] Antverpiae.

[6] Id est, ut nulla praefectura occupatus, propriae perfectioni studeret.

[7] Vide epist. 220 cum annotationibus.

[8] De his documentis a P. Nadal pro tempore pestis conscriptis, vide appendicem, n. XII. Eorum etiam mentionem facit Sacchinus, loc. cit., lib. vi, n. 103. Responsum insuper habemus Patris Lainez ad difficultates a B. Canisio objectas, in epistola, Tridento, die 1 Decembris hujus anni ad ipsum Canisium data, quam ex regesto, *Cod. 33, c)*, fol. 69, transcribimus: «Hauemo uisto l' ordine che lasciò il P.e M.ro Natale circa il gouernarsi nel tempo della peste, et si dice che chi sarà ricercato neghi l' opera sua in confessioni, o altro. Le parole sue sono queste: «ad confessiones audiendas nullus mittatur qui timeat. Rector non eat, siue timeat, siue non.» (il che pare l' habbia ordinato per quello ch' importa guardar la uita del Rettor per il ben delli altri). «Si quis tamen mittatur, sit bene munitus, cum it et redit:

8. Ya llegaron los libros de Flandes, y holgaremos que también uengan los que quedaron en Augusta.

9. Del Dr. Paëz podrá V. R. auisar al prouincial de lo que parece, y de acá también se hará lo mesmo [1].

10. Venga M.ro Georgio en buen hora para Hispruch, y después podrá uenir á Roma.

11. Al Herbipolense se ha ya respondido casi la substantia de lo que V. R. scriue [2].

12. De M.ro Bartholomeo que sta en Moguntia se ha scripto al rector que si tuuiese salud, lo puede retener, y si no, que lo embíe en Italia, porque no se les muera allá, ó se haga inútil con tantas enfermedades como allí ha padecido [3].

No hay otro á que responder en las letras ariua dichas. Todos nos encomendamos mucho en las orationes y sacrificios de V. R.

De Trento, 14 de Nouiembre 1562.

---

et tunc cum redierit separetur, etc. Di modo che se ben ricerca cautela, non prohibisce l' aiutar li prossimi, maxime se li curati loro (a chi questo tocca propriamente) non facessino il debito suo. La charestia etiam che habbiamo de suggetti in Germania obliga a conseruarli il meglio che si può per il seruicio diuino et ben commune. Perchè se ben l' anima del prossimo si deue preferir a la propria uita, non per la consolatione d' una s' ha di esponere alla morte un buon operario, il quale uiuendo potria aiutar molt' anime, et di questo ha d' hauer cura il superiore, benchè quanto a se stesso ogn' uno sia paratissimo a morire per li prossimi suoi...» Nota in ms. pro *si quis tamen mittatur,* a librario scriptum fuisse *se qui sta men ditato,* quae emendanda duximus. Item pro *a chi*, habet *anchi*. Porro haec eadem, quae nos ex Regestis deprompsimus, ex alio fonte *(München, Jesuitica 2 fol. 79 nr. 417),* in latinum sermonem conversa exhibet HANSEN, loc. cit., 508, annot. 4.

1. Quanto á primeira prigunta chaman-me *Christoual de Gouuea*. 2. Fiz este Janeiro passado de 1556 aos oito dias 19 annos. 3. Sam de Portugal de cidade do Porto... 14. Digo que o principal que me moueo á Companhia foi meu pai, porque me criou desde minino pera isso e n'essa esperansa sempre estiue e me troixe a Coimbra pera o collegio. E me recebeo o P. don Lião reitor d'elle, sem eu ter conhicimento da Companhia en collegio... 16. Digo que fas sinquo annos e quatro meses e meo, pouco mais ou menos, que entrei na Companhia... 22. Nam tenho ordens algumas. 23. Sómentes estiue en Coinbra no collegio, e me occupei en officios e en estudar latim... [*Sch.*] 1. Quanto á 1.a, auerá tres annos ou passante mal continuados que estudo en a Companhia latim en Coimbra: lá fóra alguma cousa estudei. [I, 548]

1. *Christophorus Strobellius* [1]. 2. Circiter viginti quatuor annos sum. 3. Prouincia vocatur Bauaria, patria uero Raytenpuech... 14. Cum Viennae statuissem Romam proficisci, feceramusque hac de re certiorem Patrem Canisium, qui dedit nobis literas quasdam, quae ansam praebuerunt ad collegium Romae accedendi; ibique mutuo amore fratrum et patrum singularique ratione viuendi motus ibique receptus fui a P. Magistro Ignatio... 16. Elapsi sunt sex anni et fere tres menses. 17. Votis Societatis me obstrinxi ante quatuor annos et mensem vel circiter... 22. An

---

[1] Notandum est Strobellium hoc examen in Lusitania, anno 1561 scripsisse; ac proinde, quamvis latine scribit, formulam hispanicam sequitur. Vide, supra, pagg. 527 et 528, annot. 1.

ordines sacros susceperit. Respondeo negatiue. 23. Fui Romae, Genuae, Vlyssiponae et Conimbriçae: occupatus fui in coenatione, culina etc. et in studiis literarum... [*Sch.*] 1. Dedi operam literis fere per vndecim annos, tum humanioribus dialecticae, ac philoso phiae, tum etiam theologiae ac literis hebraeis. Incoepi autem Schuazii, deinde Ingolstadij, Viennae, Romae, Genuae et tandem hic Conimbricae. In prioribus quidem tribus locis, antequam ingressus essem Societatem; in sequentibus, postquam ingressus Societatem... 7. Ad licentiaturam in artibus hic examinatus sum; simne uero meritus necne, ignoro. [I, 562, 563]

1. *Christophorus Zieglerus.* 2. Ad minus, credo, 20. 3. Sum natione germanus, provincia wirtenbergensis, patria Stutgardia... 12. Cum Ferrariae medio anno degissem, Romam veni missus, et a R. P. Polanco receptus et examinatus in domo Societatis Iesu... 14. Ad nullum. 15. Vienna egressus, Romae Societatem ingressurus, Ferrariae relictus sum; deinde Romam veni; istinc Enepontum [*sic*] profectus.

1. Vocor *Claudius Mathaeus.* 2. Viginti quinque annos natus. 3. Natione lothoringus [*sic*], tullensis diocesis... 12. Quartus fere absolvitur annus, ex quo in Societatem fui receptus a R. P. generali Romae in domo Patrum, et examinatus a Patribus Polanco et Madridio... 14. Non sum ad aliquem ecclesiasticum ordinem promotus. 15. Fui in collegio romano et turnonensi. 16. Exercitia spiritualia feci per 8 dies tantum. [*Sch.*] 1. Antequam ingrederer Societatem, ab ineunte aetate fere semper studui literis humanioribus; in Societate per 4 annos philosophiae... 6. Romae in collegio Societatis ad gradum magisterii a D. Emanuele fui promotus. [I, 590, 593bis]

1. *Cornelius* [*Verschot*]. 2. Viginti octo. 3. Germanus, brabantinus, buscoducensis... 12. Sunt septem anni elapsi. In collegio coloniensi, in provincia Rheni... 14. Sum, quamquam indignus, sacerdos. 15. In collegio coloniensi et moguntinensi, et modo in trevirensi... Magister artium sum Coloniae promotus. Dedi et hoc Buscoducis literis solummodo et cursum absolvi in Societate quinto anno. Non docui...—Cornelius Verschot, buscoducensis. [I, 598] [1].

1. Vocor *Desiderius* [alias *Erasmus*] *Gorderius.* 2. Natus sum annos 26. 3. Natione gallus, provincia Companiae [*sic*], patria lingonensis... 12. Novem anni sunt ex quo sum in Societate receptus in collegio romano et ibi examinatus... 14. Ad nullum ordinem ecclesiasticum sum promotus. 15. In collegio romano, lauretano... et parisino habitavi. In multis aliis etiam fui sed paucos dies propter a[e]gritudinem... 18. Vota emisi in Societate

[1] Aliud est examen hujus *Cornelii* (ut videtur) ibid., fol. 594, quinque annis ante hoc scriptum, sc. anno 1562.

anno 1559 in festo Nativitatis Jesu, Laureti, audiente Patre Oliverio Manareo, tunc ibi rectore, et nunc hic provinciali. [II, 98]

1. Llámome *Diego de Cavallar*. 2. Tengo 31 años. 3. Soy de Castilla la Vieja, y natural de Segovia... 10. Era antes que entrase en la Compañía paje del doctor Ortiz... 16. Deve de ir para 15 años poco más ó menos, que creo que a que estoy en la Compañía... 22. No tengo ningunas órdenes. 23. E estado en el collegio de Alcalá, y en el de Córdova, y en el de Montilla, occupado siempre ó en ministerios corporales de casa, ó en leer, ó en estudiar... [*Sch.*] 1. E estudiado al pie de ocho años, obra de dos y medio de artes, y los demás de grammática y latinidad... [*Ad calcem paginae eadem manu haec inscriptio exarata habetur:*] Jhs. Respuestas de Diego de Cavallar sobre las preguntas communes y de estudiante, que le hazieron en Córdova, á 16 días de Noviembre de 1561 años. [I, 656, 657]

1. *Diego Suárez.* 2. Hasta 28 ó 29 años. 3. Diócesi de Toledo y de Guadalajara... 14. Por el P. Villanueua en Alcalá... 16. Avrá 6 ó 7 años... 22. Soi sacerdote de misa. 23. En Alcalá sola vna noche; en Plasencia; y seruí de officios vaxos. En Seuilla fuí estudiante, y después me ordenaron confessor de los hermanos y de la gente de fuera. Otro tiempo fuí allí ministro. En Córdoba fuí estudiante, y confessor de los hermanos y de los estudiantes de fuera... [*Sch.*] 1. Deziseis años, grammática y artes en Alcalá, y vn cursillo de theología antes que entrasse en la Compañía. Esto en diez años: después seys en la Compañía de theología... 6. Licenciado en artes por Alcalá... Diego Suárez. [I, 648-651]

1. Lhamo-me *Francisco Botelho.* 2. Sou de 23 annos, que fiz a 7 d'Abril de 1561. 3. Sou portuges, natural de Lisboa... 16. Corre en 7 annos que entrey na Companhia... 22. Tenho todas as ordens asy a[s] 4 menores como as tres sacras, e estou suspenso por as tomar antes de 24 annos. 23. Mandaram-me de Coimbra á cassa do Porto, aonde estiue hun dia, e d'aly a Bragua a tomar ordens sacras, e aly estiue no collegio 8 ou 9 dias, e da vinda en a cassa do Porto 4 ou 5. E despois vim a Coimbra, donde me mandárão para Lisboa, aonde estiue 4 o 5 dias: e d'aly me mandárão outra vez a Coimbra, aonde estiue o mais do tempo: despois que entrey estudando hum ano de latim en a 3.ª regra, e d'ahy me passárão ás artes, aonde me exeminey pera bacherel e lecenciado acabando meu curso, e agora ouso theologia auerá hum anno. [II, 232-234]

1. *Franciscus Costerus.* 2. Triginta. 3. Inferior germanus, diocesis quondam cameracensis, nunc habemus archiepiscopum, sum enim mechliniensis patria. 4. Mater obijt, pater viuit etiamnunc. 5. Satis habet parens. 6. Vnicam habeo sororem, quae viro nupsit: fratres nullos. 7. Eram Louanij promotus in artium

magisterium, et sacrae theologiae operam dare coeperam, magis tamen linguis. 8. Omnino in omnibus stabo. 9. Sanissimus eram. 10. Nulla omnino. 12. Decem erunt anni in festo omnium sanctorum, quod Coloniae receptus fuerim a R. P. Leonardo in domo eius apud D. Vrsulam. Examinatus quidem tunc non fui, sed Romae, quo veni anno 1553 in Maio. 13. Feci. 14. Sacerdos sum. 15. Romae triennio habitaui, Coloniae reliquo tempore. 16. Exercitia feci per mensem, 2.m et 3.m non feci, 4.m feci Romae per tres menses. Hic doceo catechismum sabbatinis et sacris diebus. Non concionatus sum, sed confessiones audio nostrorum studiosorum. 17. Alia non scio me fecisse, nisi quod per sex annos et amplius hic docuerim. 18. Feci vota Societatis scholarium. 19. Bona propria nulla habeo: quando pater viuit, omnia, vt videtur, sunt in eius potestate. 20. Bona valetudine: ante biennium scabie vexatus sum. 21. Paruum examen Societatis non habuimus, nisi in Septembri praecedentis anni. Nullus me eo examinauit, sed ego alios. Confessionem generalem singulis sex mensibus feci R. P. Leonardo, qui aliam rationem non cupiuit a me audire. 22. Constans sum cum gratia Dei, pro Societatis vtilitate mori paratus. 23. Indifferens ad omnia. 24. Libenter doceo; libenter concionarer, si linguam haberem. Patria lingua, vt mihi videtur, haberem gratiam verbi. Hanc linguam germanicam superiorem vix possum discere.

Pro scholasticis. 1. Ab ineunte aetate in studijs educatus sum. Philosophiam Louanii per duos annos cum dimidio circiter audiui. Interim in Societate, partim theologiae studui Romae, partim hic Coloniae: etiam docui toto tempore, quo hic fuimus, usque ad pascha iam elapsum. 2. Cum studio sanior sum, quam dum ocior. 3. Libenter studeo sacrae theologiae. Linguas tamen libentissime addiscerem, quia fundamenta graecae et hebraicae aliquando cepi, quibus fere per biennium studui ante Societatis ingressum. 4. De memoria non multum dicere possum; ceterum facilius videor apprehendere et intelligere. 5. In philosophia videor mihi aliquantum promouisse docendo; in theologia jam promoueo quotidie. 6. In artibus suscepi magisterium Louanij anno 51; Coloniae doctoratum in theologia anno 60. 7. Indifferens sum ad omnia. 8. Omnibus ijs rebus operam dabo, quae superioribus placent. 9. Ego ad omnia me paratum sentio in conscientia, etiam docere per omnem meam vitam in infima classe alphabetum. Franciscus Costerus.

Pro magistris. 1. Doceo theologiam nostros preceptores, et sabbatinis festisque diebus lectionem facio trium classium discipulis in catechismo maiore Canysij, idque a festo paschatis. Antea semper docui philosophiam. 2. Videor mihi mediocriter aptus ad docendum, et aptior essem si diligenter me in linguis exercuissem, etiam latina. Discipuli visi sunt sub me profecisse.

3. Sanus sum Dei gratia. 4. Libenter doceo. 5. Tepidus semper sum in orationibus, sed non ob hanc causam. 6. Jam quidem videor satis me praeparare; sed in philosophia, quia saepius docueram, iui aliquando non praeuisa lectione ad scholas. 7. In lectione quotidiana plus minus viginti, in alia autem auditores rhetoricae et dilecticae et physicae. 8. Videntur proficere. 9. Nullam inobedientiam in meis lectionibus expertus sum. 10. Haec praeceptores, quos audiunt, quotidie magis curant; interim multi sunt magnae expectationis. 11. Videor adhibere diligentiam. 12. Ita est. 13. Hanc curam alijs praeceptoribus reliqui, sed crebro eos ad pietatem admoneo. 14. Nullo modo. 15. Ego illud in magistris non curo, qui sunt fratres nostri: in reliquis curant praeceptores. 16. Etiam istud praeceptoribus proprijs classium singularium curae est. 17. Videor mihi hac in parte non deesse illis. 18. Juuamus per publicas ac priuatas admonitiones ad confessionem. Superior meas lectiones semper audit, et vltro me, si quid sit, admonet; ego tamen saepe illum consulo, et cum eo confero. Franciscus Costerus. [*A tergo alia manu:*] Risposte alle interrogationi comuni di Colonia. [II, 176-178]

1. *Franciscus Haemerolus,* alias *Dachuerlyes.* 2. Triginta duos. 3. Inferioris Germaniae, Brabantiae provinciae, episcopatus quondam leodiensis: nunc habemus proprium episcopum... 12. Trigesima Martii erunt undecim anni [ab ingressu in Soc.] in hoc collegio, a R. P. Leonardo, feria v. in coena Domini, cum altero die Parasceves irem Romam [1]... 14. Sacerdos sum. 15. Romae, Viennae, Colloniae et Maguntiae [habitaui]. 16. Romae per quatuor menses, Viennae per quatuor annos... Hic vero Coloniae per duos annos curam pannorum habui et infirmarius... Confessiones nostrorum studiosorum et aliquarum mulierum in profestis diebus [audivi] apud Sanctam Ursulam... [II, 257, 258]

1. *Francisco Sunyé.* 2. Ago trigesimum primum annum. 3. Patria est Barchino, prouincia est Cathalonia... 6. Duae sunt mihi sorores, quarum una est monacha, nupta altera est satis dives. 7. Juri civili ac canonico operam dabam, in quibus eram mediocriter versatus... 12. Sunt sex anni studebam Perusiae, vbi fui receptus: probatus et examinatus Romae... 14. Sum sacerdos. 15. Fui in romano et viennensi collegio. [*Sch*]. 1. Antequam ingressus essem Societatem, per 10 annos iuri civili operam dedi: postquam sum in Societate, humanioribus studiis et potissimum philosophiae operam dedi fere per quatuor annos: nonnihil etiam ex theologia audivi... 6. Fui Romae ad magisterii gradum in ar-

---

[1] Ex his apparet hoc examen scriptum fuisse ante diem 30 Martii anni 1563. Unde facile emendari poterunt, quae de Haemerulo scripsit P. DELPLACE, in libro cui titulus *L'établissement de la C. de J. dans les Pays-Bas*, in appendice, pag. 4*. Vide etiam POLANCO, *Chron.* III, 266, 267, in annotatione.

tibus promotus. [*Mag.*] 1. Lego iam tertium librum de anima; incoepi docere metaphysicam 9.ª Julii 1561, et ab eo tempore semper legi. [II, 225, 226]

1. Llámome *Francisco de Varea*. 2. So de 29 años. 3. So del Andaluzía, de tierra de Baeça... 14. Recibióme en Coimbra el P. Dr. Torres, estando en Portugal por visitador... 16. Va en nueve años que estoy en la Compañía... 22. So sacerdote. 23. He estado en Lisboa y en Coimbra enseñando latín casi todo el tiempo, excepto vn año que fuy prefecto de los estudios en S. Antón de Lisboa, y algunos messes confessor... Francisco de Varea. [II, 251, 252]

1. Chamaõ-me *Gàbriel* [1]. 2. De idade de 30 annos pouco mais ou menos. 3. De prouincia de Portugal, da cidade do Porto... 10. Trataua e negociaua no mundo, e nunqua estudey... 14. Fuy recebido em Coymbra pelo P. dom Inacio... 16. Ha quatro annos que entrey na Companhia... 22. Tenho todas as ordens menores. 23. Sómente en Coymbra e aquy em Lixboa. Ensiney os mininos em Coymbra dez meses: despois seruiy o officio de procurador, e agora sou coadiutor do P. Francisco Anrriquez. [II, 332, 333]

Jesus Maria. Responsiones *Gabrielis Morales* ad interrogationes factas a Rdo. Patre Natali. Ad communes. Ad primam. Vocor *Gabriel Morales*. II. Compleui, quantum credo, annum xxxvi circa finem Nouembris vel Decembris anni proximi preteriti mdlxii. III. Sum hispanus natione, ex prouincia Castelle veteris, ex ciuitate Lucronij... VII. Quando statui agere de meo in Societatem ingressu, inseruiebam comiti, qui dicitur de Bailen sub titulo secretarii... IX. Ad xxviii mensis Maij proximi sequentis erunt quatuor anni quod fui in Societatem receptus Romae, et examinatus tunc primum a Reuerendis Patribus assistentibus de quibusdam rebus, deinde paucis post diebus seorsim a Rdo. P. Polanco, generali Societatis examine. . XI. Sum promotus ad diaconatum. XII. Fui Romae in domo Societatis et in coll[egio]— — [2] et Vienae. Ad interogationes scholasticorum. Ad primam. Si tempus meorum studiorum ab initio computem et verum est, ut credo, me habere triginta sex annos: forte sunt iam plusquam viginti duo quod cepi studere prima rudimenta grammaticae. Sed interim habui multas et longas interpollationes. Antequam venirem ad Societatem dedi operam grammaticae tres annos plus minus Lucronij, Victoriae, in ciuitate S. Dominici Calciatensis et Compluti: deinde cursui philosophiae et mathematicis Compluti; idque in spatio quatuor annorum, licet non

---

[1] In *Cod. 5, Natal. instr. Lusit.*, ff. 179, 180, hic scribitur *Gabriel Afonso*. Vide *Epist. Natal.*, I, 700.

[2] Charta consumpta est, et aliquod verbum desideratur.

toto eo tempore studuerim. Postea fui Lutetiae xxj menses plus minus, vbi studui medicinae, mathematicis et graecae linguae magis ex professo, interdum etiam philosophiae. Postea fui Louanij tres annos, paucis diebus minus, vbi fere studium priuatim, aliquando graece, aliquando latine, aliquando mathematicis, aliquando simul aliqua ex his, aliquando nihil. Postrema vniuersitas fuit Salamantica, in qua sedecim menses plus minus studui simul medicinae, graecae linguae, et mathematicis. Tandem fui Cordubae duos annos inseruiens ei comiti, de quo superius dixi, ubi etiam nonnumquam dabam operam rebus mathematicis. Post ingressum in Societatem fui in collegio romano tredecim menses paucis plus diebus. Eo tempore audiebam philosophiam a magistro Benedicto, a D. Torres theoricas planetarum et quaedam de fabrica horologiorum. In hoc collegio viennensi fui paulo minus quam duos annos cum quinque mensibus: audiui anno superiori vnam lectionem theologiae ex 3.ª parte sancti Thomae, hoc anno audiui aliquando vnam lectionem ex prima parte et quaedam ex tertia de sacramentis... VI. Compluti fui promotus ad gradum bacchalaureatus. Ad interrogationes praeceptorum. Ad primam. Quinto mense postquam receptus fui ad Societatem, hoc est, ab hinc tribus annis cum quinque mensibus fere, sum iussus legere Euclidem Romae, et legi ex eo primum et secundum librum. Deinde Viennae legi per decem menses, paucis diebus amplius, dialecticam Titelmani totam et Aristotelis vsque ad posteriora exclusiue, et tres libros Euclidis, minus quatuor aut quinque propositionibus. Anno superiori legi duabus lectionibus in mathematica, sex libros Euclidis, libellum spherae, vsum globi cosmographici et astrolabij, item computum ecclesiasticum; de fabrica horologiorum, et arithmetica quaedam et primum librum perspectiuae communis. Hoc anno legi hactenus vna lectione vsque ad quintum librum Euclidis, in quo nunc versor, et magnam partem arithmeticae practicae Gemmae. II. Mediocriter me sentio idoneum, quantum ad me attinet, ad profitendum mathematicam; quantum ad auditores vero, ipsorum est iudicium. Non tam me sentio promotum ex ijs, quae lego quantum fortasse puter debere. Causam credo esse, quia non lego varia, et fere priuatim non studeo alia, quam quae ad lectiones quotidianas pertinent, et quia saepe fui distractus ad alia longe diuersa, et quia nihil delineo, neque facio aliqua instrumenta, quod imprimis videtur esse necessarium ei, qui serio esset professurus mathematicam, et in ea proficere: ad quam rem est necessarium, propter eius prolixitatem et morositatem, aliquod speciale tempus liberum ab alijs studijs, quod forte non facile credant, qui non sunt experti, et qui solum considerarent quam facile intelliguntur, quae iam facta sunt in hac arte, alio docente. Accedit ad haec, quod videbam paucos esse affectos ad hanc artem, et quod iudicabam parum

conferre ad institutum Societatis, et ita cum viderer mihi quasi solus versari in ea arte, in qua reuera meo iudicio sunt multa vana et inutilia, ferebar desiderio quodam ad studia communia, neglectis mathematicis. Unde factum est, ut multorum, quae antea sciebam, fuerim aliqua ex parte oblitus. Tamen si obedientiae ita placuerit, sine ulla animi tergiversatione, cum diuina gratia, dabo posthac multo diligentius operam mathematicis vel quibuscunque alijs studijs, vt superius dixi, et perseuerabo in eis contentus. [II, 339 bis, 340]

1. Llámome *Gaspar del Plano*. 2. Soy de 34 años y cinco meses de edad. 3. Soy del ducado de Brabante en Flandres: nascí dos leguas de Emberes... 10. Yo desde mochacho estudié, y á los 18 años vine á España con vn cauallero castellano, y algunos años le seruí en la corte y fuera della: después membió á Salamanca, donde entré en la Compañía... 14. Reçibióme el P. Bartolomé Hernández, rector del collegio de Salamanca, en Salamanca... 16. Aurá que entré en la Compañía 4 años y casi tres meses... 22. Aquí en Coimbra recebí todas las órdenes por diuersas vezes. 23. Yo fuy recibido en Salamanca, y en acabando de hazer los exercicios, me embiaron á Simancas, donde anduue en officios de casa el tiempo que allá estuve: de ay vine para Coimbra, donde he enseñado siempre en diuersas classes. [II, 395-397]

1. Vocor *Georgius Crispus*. 2. Annos natus, ut puto, 26. 3. Natione germanus, provincia palatinus, vel, ut alii volunt, nariscus, patria thricerreitensis... 12. Est jam annus septimus, qui complebitur intra mensem. Receptus sum a Rev. Patre Lanoyo in Austria in collegio viennensi, et ab eodem examinatus... 14. Sum diaconus. 15. Fui in collegio viennensi tres annos cum dimidio; in hoc iterum tres cum dimidio... 17. Praefui privatis nostris discipulis, quos domi habemus, biennium. 18. Habeo vota Societatis. [*Mag.*] 1. Fuerunt ad festum Penthecostes tres anni, ex quo legere in scholis coepi. Legi omnes partes grammaticae, rhetoricam ad Herennium, libros de oratore, ad Quintum fratrem, Partitiones oratorias, cum aliquot orationibus Ciceronis, Sallustio et Ovidio, donec illi, quos instituendos susceperam, hac aestate ad publicum studium sunt dimissi. Lego iam in 1.ª classe Somnium Scipionis. [II, 463-465]

1. *Georgius Peraxylus*. 2. 22 annorum. 3. Inferior germanus, brabantinus, busciducensis... 12. Sunt 5 anni aut 6, et a R. P. Leonardo sum receptus Coloniae... 14. Non sum sacerdos, nec ullum ecclesiasticum habeo ordinem. 15. In collegio coloniensi 5 annos, Ingolstadii 4 menses, Viennae fui 19 dies, Romae 2 annos. [*Sch.*] 1. Ab ineunte aetate studui, tum grammaticae, rhetoricae, philosophiae, et theologiae. Quum Societatem ingressus sum, studui parum rhetoricae, post philosophiae 2 an-

nos et 4 menses, theologiae 3 menses Ingolstadii, Romae 2 annos. [II, 482, 483]

1. Vocor *Georgius Schoritius*. 2. Existimo me 29 absoluisse annum. 3. Germanus et austriacus sum. Neminem ex parentibus habeo superstitem. 6. Praeter unicum fratrem, neminem habeo: is fuit aliquando ex Societate nostra. 7. Antequam ingressus fuissem Societatem, aliquando sercui [1] mercaturam, alias inseruiui in aula nobilibus, alias secutus sum disciplinam militarem, et hoc in Polonia, Bohemia, Morauia, Ungaria, Italia, etc. 12. Puto ab undecim annis me iam esse in Societate, et primo receptus fui Roma ab ipso Patre Ignatio, et fui examinatus a Patre Petro... 14. Sum sacerdos a paschate huc usque. 15. Fui Messanae, Panormi et in Monte-regio, Neapoli, Romae in collegio germanico, Ingolstadii, Monachii, et fere omnia collegia in Italia inuisi. 16. Omnes, diuersis tamen in locis, probationes exercui. 17. In Societate fui subcoqus, credentiarius, minister, subminister et in aliis exercitiis fui probatus. Inseruiui pauperibus: alias fui superintendens super mille pauperes per sex menses tempore Vegae in Sicilia... 18. Vota emisi post 6.um mensem Romae ante P. Polancum. [*Sch.*] 1. Per 4 annos in humanioribus literis dedi operam, postea docui pueros grammaticam per 3 annos... 6. Gradum magisterii assecutus sum sub doctore Tolledo. [II, 484, 485]

1. *Gerhardus Iseren*. 2. Viginti unum. 3. Germanus Cliviae vltraiectini, embricensis... 12. Ante tres annos statim atque votum emiseram, et hoc a domino Leonardo Coloniae inque coloniensi collegio: fui etiam tunc examinatus... 14. Non sum, neque ordinem vllum habeo. 15. Coloniensi tantum 16. Non feci... Legi tantum per annum. [*Sch.*] 1. Antequam Societatem intraui, dedi operam partim grammaticae, partim rhetoricae, partim dialecticae... 6. Ad gradum magisterii. [II, 454, 456, 460, 470]

1. *Gerardus Peschius*. 2. Unum et viginti 3. Germanus inferior coloniensis campensis... 12. Anno 1559 in festo Epiphaniae, siue trium regum, anni initio, receptus a R. P. Leonardo Kesselio, in Germania, in collegio coloniensi... 14. Nec sacerdos, nec vllo modo ecclesiasticus. 15. Tantum in coloniensi habitaui: treuerense visitaui. [*Sch.*] 5. Magister sum artium. [*Mag.*] 1. Jam annum docui: nunc linguam graecam, Demosthenem et Varennium, Ciceronis oratorem, Liuii historiam [II, 459, 457, 458]

1. Vocor *Gregorius Fabius* dionantius. 2. Sum natus annorum 28 aut 29. 3. Sum gallus dionantensis, dioecesis leodiensis.... 12. Sunt sex anni, a R.do P. Leonardo receptus Coloniae.... 14. Sum indignus sacerdos, et fui semper Coloniae... [*Sch.*]... 6. Est annus ex quo accepi formam baccalaurei in theologia. [*Mag.*]

---

[1] Sic; pro *exercui*.

1. Lego rhetoricam, quam professionem accepi a festo Paschae... 7. Sunt nobis frequentes adolescentes... [II, 541, 546] [1].

1. *Guido Masborus.* 2. Viginti quatuor. 3. Gallus, ex territorio leodiensi, ex pago Wailhet, prope Dionantum... 15. Coloniae, Cameraci, Louanii.... Artium licentiatus Coloniae... Coloniae rhetoricae et philosophiae per quadriennium. 17. In Societate docuit inferiores disciplinas vsque ad rhetoricam inclusiue per quadriennium. [II, 551]

1. Vocor *Guilielmus Elderen.* 2. Annos natus 30 et 1, ad festum natiuitatis Domini proximum. 3. Ex patria Leodnia... 12. Receptus in Societatem Romae 1550; prius tamen per dimidium annum Coloniae cum Patre Leonardo egi. Examinatus quoque generaliter Romae... 14. Sacerdos sum indignus. 15. In collegiis degi viennensi et ingolstadiensi... 20. Post casum quemdam viennensem numquam perfecta sanitate sum usus hactenus. 21. Confessus sum generaliter saepe, non quidem stato tempore, maxime Augustae. [*Sch.*] 1. Extra Societatem studijs dedi operam, partim in patria, partim Lovanij, ubi et logicam et physicam audiui. In Societate vero etiam ijs studijs atque theologiae ac aliis perfunctorie operam dedi... 4. Non adeo memoria et ingenio, quae magna praecipue studia requirunt, polleo; diuersisque rebus facile obruor. 5. Non adeo magnam progressionem in studijs me fecisse fateor. 6. Ad nullum promotus gradum, quem etiam extra Societatem mihi optaui nunquam, neque hic opto. [II, 563, 564]

1. *Enrique Páez.* 2. Poco más ó menos de 32 años. 3. De Portugal, natural de Lisboa... 10. Fuy siempre estudiante... 16. Ha diez años que entré en la Compañía: cúmplense poco después de año nueuo... 21. He estado en Córdoua y en Salamanca: en Córdoua he confessado, predicado, leydo: en Salamanca hize las probaciones, y estudié, y juntamente después de ordenado confessé... 27. Inclinado me siento, si los superiores quisiesen, de ir á Alemania más que á otra parte, por ser inclinado á destruir herejías y arraygar la fe de la iglesia. [II, 603 606]

1. *Henricus Arboreus.* 2. Triginta, ni fallor. 3. Natio est Germania inferior, prouincia dioecesis leodiensis, patria vero Peer... 9. Antequam Societatem ingrederer, dedi primo operam literis in patria, deinde Coloniae, ac tandem in collegio germanico per 4 annos: literis praeterea humanioribus, item philosophiae, sic operam nauaui, ut aliquem in ipsis videri possim fecisse progressum... 12. Jam sextus agitur annus, ex quo sum susceptus primo a P. Simone in Lumbardia, in collegio patauino... 14. Sum sa-

[1] Extat praeterea (ibid. ff. 532, 533) aliud examen Gregorii Fabii anno 1567 scriptum, ubi sacerdotio initiatum seipsum anno 1560, et Coloniae commensalibus perpetuo praefuisse testatur.

cerdos. 15. Fui in collegio romano per tres fere annos. [*Sch.*] 1. Dedi operam literis, ante ingressum Societatis 13 annos, ut puto, in Societate quinque... 6. Hic sum promotus, primo in magistrum artium, deinde in baccalaureum biblicum, ac postremo in baccalaureum sententiarum, ut vocant. [*Mag.*] 1. Lego libros ethicorum artis graece, versorque in professione graecae linguae 3 annos... — Henricus Arboreus, anno 1562. [II, 600, 612, 613] [1].

1. *Henricus Dionysius*. 2. Annos circiter 44. 3. Geldrensis, neomagus, dioecesis coloniensis... 7. Eram canonicus... 12. Fui receptus anno 1554 Coloniae [2] per Rdum. P. Leonardum, ab illo examinatus, et Romae... 14. Sum sacerdos. 15. In coloniensi. [*Sch.*] 1... Dedi operam philosophiae, politiori literaturae et theologiae ab ineunte aetate, et fere 16 aut pluribus annis vacavi muneri contionandi... 6. Sum Colonie, licet indignus, promotus in doctorem... Henricus Dionysius, inutilis Societatis Jhesu seruus. [II, 587, 588]

1. Vocor *Henricus Hoch*. 2. Natus sum annos 33, et ago nunc 34. 3. Sum brabantus buscoduensis... 12. Sum receptus Loreti in Italia in fine fere anni 57, vel circa initium anni 58, et tunc (si recte memini) non fui examinatus... 14. Sum sacerdos indignus factus in Societate Viennae. 15. Fui Loreti, Recanati, Foroliuij, Venetiis, Viennae, Romae, Ameriae, Louanij, Tornaci, Moguntiae nunc... 17. Fui Viennae, Louanij, Tornaci et hic Moguntiae praefectus commensalium. Foroliuii fui communiter cocus, hortulanus et inseruiui ibi fabris murariis et portarius. [II, 617]

1. Vocor *Hermes*. 2. Annos natus sum in Augusto sequenti 32. 3. Natus sum Tornaci, quae ciuitas est Flandriae... 7. Sunt mihi duo fratres, alter canonicus tornacensis, alter minimus omnium natu; tres sorores religiosae, vna iam nupta, et duae nondum nuptae, et omnes pro sua conditione vtcumque diuites. Antequam Societatem ingrederer, studiosus eram, et in literis statim ab ineunte aetate versatus, et medicinae quatuor annis plus minus, si non fallor, studueram... 12. In sequenti Augusto octo anni erunt cum fui in Societatem admissus, idque Romae in aedibus Patrum, et credo me fuisse examinatum... 14. Sum sacerdos. 15. In romano et hoc viennensi. In aliis quidem fui, sed non habitaui. [*Sch.*] 1. Duobus annis philosophicis in Societate studui; tribus theologicis et dimidio, plus minus, ante gradum mihi ab obedientia datum. Antequam autem Societatem ingrederer, partim admodum in philosophicis eram versatus, nec eram omnino imperitus literarum humaniorum, latinarum, et

[1] Est ibidem aliud examen Henrici Arborei anno 1566 scriptum, in quo ait tres annos in collegio ingolstadiensi se fecisse.

[2] Apud DELPLACE, loc. cit., 4*, dicitur «admis à Louvain en 1552».

graecarum, et disciplinarum mathematicarum et medicarum. 6. Ab obedientia ad doctoratum promotus fui. [*Mag.*] 1. Lego in vniuersitate quartum sententiarum... Superiori autem anno cum fere fuerint in vniuersitate lectionum intermissiones, hic legi 1.am partem S. Thomae... 3. Discipulos quinque habeo, eosque nostros, cum hic lego. In vniuersitate his diebus videtur vnus perseuerasse in lectione matutina, alias nullus est, qui sit ordinarius auditor, nisi socius meus. [II, 698]

1. *Hermannus Molitor.* 2. Putat se annorum 20. 3. Treverensis diocesis sub principe Orangiae... 12. Ultima Augusti anno 1566 receptus est Treveris provincie Rheni; nescit an fuerit examinatus... 14. Non... [Coadjutor temporalis]. 15. Tantum in Treviris habitavit. [IV, 184]

1. *Hermes Halpawer.* 2. Annos 27. 3. Germanus Cerinthiae, Sancti Viti... 12. Anno 52 a Rdo. P. prouinciali in Austria, viennensi collegio, sed Romae fui examinatus... 14. Sum sacerdos. 15. In wiennensi, posnano et ingolstadiensi. 16. Exercitia spiritualia feci Romae. [*Sch*]. 1. A teneris annis humanioribus, latinis, et graecis, philosophicis, theologicis... 6. Sum creatus magister Ingolstadii in artibus et bachalaureus in theologia. [II, 694, 696].

1. *Hernando de Alcaraz.* 2. 29 años y algunos meses. 3. De Castilla la nueua, arçobispado de Toledo, natural de una aldea que se llama Naualafuz... 16. El mes de Abril que viene á los treze días cumplo quatro años en la Compañía... 22. Todos... 23. De asiento en Alcalá y Simancas; y en Valladolid y Burgos, Medina, Áuila, Ocaña, Toledo, etc. de passo: en Cuenca stuve también algunos meses, y en Salamanca, donde estoy aora, he estado más de assiento que en todas las demás partes... 29. A las Indias tengo sin comparación mayor inclinación que á otra missión ninguna, y esto á las de Portugal ó China, etc., no por otra razón, que por concebir que aurá allá más trabajos que en otra parte; y assí creo que, entendiendo que los auría mayores en otra, me inclinaría más á ella; de lo que ay particular en esto, daré quenta quando se me pida. Alcaraz. [*Sch.*]... 6. Tengo el de maestro en artes y de bachiller en theología. [II, 635]

1. *Hieronymus Torres.* 2. Circiter triginta et vnum vel duos. 3. Hispanus 4.° miliario ab vrbe tarraconensi, sub eius dioecesi. 12. Fere ante vndecim annos Valentiae a P. Hieronymo Domenech, rectore tunc collegii, et statim missus sum Gandiam: ibi parum in officiis humilibus: et dicentibus mihi an fuerim monachus, respondi, ut res erat, me non fuisse: alias interrogationes non fecerunt. 14. Sacerdos... 15. In collegio gandiensi in Hispania et romano: in reliquis ut viator. Feci exercitia spiritualia ante ingressum in Societatem; postea numquam... 16. Postquam fui in Societate versatus, fere toto tempore sum in docenda

logica et philosophia; in initio tamen fere annum et dimidium dedi operam theologiae sub nostris in collegio gandiensi, et nuper Romae circiter 13 menses. [*Sch.*] 1. Grammaticae multo tempore operam dedi, cum essem puer; tamen, quia, nec magistri docti, nec ordo docendi vtilis, mediocriter quidem in sermone latino; profeci tamen, nec poësim nec rhetoricam ex professo didici. Postea Valentiae triennio fere dedi operam logicae et physicae, interimque aliquantulum graece lingue, et postea annum fere in grecis simul et theologia consumpsi; tamen, ut puer, nullum habens, qui me in his dirigeret. 2. Aliquando cogitaui me magis sanum fore, si a literis ad alia exercitia mutarer: in illis literis tamen Romae postremis annis non fui satis firma valetudine; in Germania uero expecto adhuc successum rei. 3. Ad nulla, quantum possum intelligere, sum admodum propensus; tamen libenter legerem theologiam scholasticam diui Thomae, postea uero concilia et sanctos; tamen propensio haec uel nulla uel exigua est. 4. Aliquantulum essem aptus, si prospere [*sic*] essem valetudine, praesertim ad philosophiam uel rhetoricam; ad linguas tamen, quia in dies debiliori sum memoria, non tam aptus: ingenium esset mediocre, si memoria esset tenax. 5. Si quid profeci, id fuit in logica et philosophia. In theologia minus; tamen spero, si adesset firma valetudo et libri, iubente obedientia, posse aliquid uel scripture uel scholastice sufficienter exponere. 6. In Societate promotus sum ad baccallaureatum ad magisterium artium ad doctoratum theologiae. [II, 662, 668]

Jacobus Morellus, quadragenarius, normanus, diocesis ebronensis, provinciae Galie, sacerdos, vtroque orbatus parente, sex habens fratres, et sororem vnicam, quibus omnia dudum reliquerat, namque eius egent opera... 12. A P. Paulo de Archillis Lutetie, praemissis spiritualibus exercitijs, admissus mense Augusto 1544 [1], mense Septembri Romam profectus; a P. Hieronimo Domenech examinatus iuxta Societatis statuta. 15. Nusquam alibi quam Lutetiae literis operam dedit, idque trienio cum tribus mensibus, ex quo Societati ascriptus est rectore P. Paschasio. Duabus vicibus in xenodochio incurabilium Romae infirmis inserviit; prima vice quinque hebdomadibus; altera decem, id efflagitantibus procuratoribus xenodochii a Patre Ignatio. Deinde quatuor aut quinque mensibus apud S. Martham cum P. Joanne Diego, totius domus curam exercens. Docui autem quadrienio. Omnia pene officia Rome exercuit; item Lutetie toto quadrianio, presidente P. Baptista, quo tempore nullo modo otio literarum vacare concedebatur. Ex quo sacris sacerdotii ordinibus insignitus est, a confessionibus audiendis, sive scholasticorum, sive aliorum, non cessauit toto trianio, nisi quamdiu in pueris edo-

[1] Non clare exaratum.

cendis fuit occupatus, propter aliorum confessariorum penuriam, confitentiumque importunam instantiam, ex quo nuper venit P. Guido aliquantulum subleuaturus, tandem illo labore, vt contionibus vacare posset. Sesquianno fere singulis diebus dominicis, et festis celebrioribus, et per aliquot dies continuos in passione Domini et resurrectione, foris concionatus est. 20. Ex quo Societatem ingressus est, ter pene ad mortem infirmatus est: semel Rome, semel Lutetie, semel Belhomi, Parisijs etiam bianio continuo vehementer catharris vexatus fuit... 24. Ideoque ad confessiones et communiones etiam a natura quodammodo propensus, maxime autem quod eius operam quamplurimos desiderare conspiciat, adeo vt sepissime, propter temporis angustias, aut etiam prae lassitudine, omnibus satisfacere nequeat ciuibus aut aduenis; propterea quod ad sacre theologiae studia solus anhelat, vel etiam ob aetatem grandiorem, que tam ad ceteras parum est apta: licet in eis non versatus fuit quantum istud exigit munus, poterat tamen, si Patri rectori visum fuisset, vna cum conuictoribus suis, peracto philosophie curriculo, magisterij lauream adipisci Lutetiae; quod minime hactenus factum est. Prima Maij 1562. [III, 27, 28]

1. Vocor *Jacobus Secler*. 2. Habeo 25 annos vel vltra. 3. Sum germanus ex Oeniponto... 7. Fui semper in aulis regis et reginae cum don Pero Lasso, qui fuit supremus in aulis per pace [*sic*]... 12. Sum in Societate per octo quam dimido anos [*sic*], et sum acceptus a V. R. Viennae... 14. Habeo quator minores. 15. Fui Viennae et Pragae, Augustae. 16. Fui per 6 anos sacristanus Viennae. Pragae fui procurator, et docui in secunda clase per medum anum [*sic*]; Augustae fui minister. [III, 20]

1. *Jacobus Ximenez*. 2. Triginta quatuor in circa. 3. Hispanus, calagurritanae diocesis, ex oppido ciuitate nuncupato de Nagera. 4. Habeo per Dei gratiam, quantum existimo, superstites. 5. Pauperes sunt commodeque aliquando habuerunt, sed bonam aut maiorem stabilium et aliorum bonorum partem uendiderunt, neque quod illis sit satis ad statum uitae habent, pro quo gratias ago Deo; hoc enim ad ipsorum maius bonum et animarum salutem futurum diuina ope confido. 6. Tres sorores habeo: vna est viro nupta et pauper, alia multos annos in lecto iacuit, quasi paralitica, tertia vero innupta manet; duosque fratres: alter ducis nagerensis curiam sequitur, alter vero sancti Benedicti religionem est ingressus. 7. Curiam romanam et negotia plures annos insequutus, ultimo tandem domini Didaci Lasso seruitiis insistebam. 8. Starem, diuina gratia, neque praeferrem. 9. Ante quatuor fere annos minus tribus mensibus incirca fui, Dei gratia, receptus Romae in domo Societatis ex collegio germanico, ubi biennium fere transegeram: neque aliter fui examinatus, quam quod constitutiones Societatis legi. 10. Nondum feci; at bonis,

quae ex paterna hereditate mihi peruenire poterant, in parentum et fratrum commodum antequam Societatem essem admissus, Viennae agens, cessi; animum tamen ad Societatem, diuina ope, iam adegeram, et forte etiam beatissimae Virgini voto ingrediendi Societatem iam me obstrinxeram. 11. Ad quatuor minores aliquot ante diebus sum promotus. 12. Ex instituto, ut manerem duos menses aut fere tres in collegio romano égi, reliquo tempore, postquam Romam rediui, in germanico sum commoratus; praeteriens autem multis in collegiis fui cum P. Natali. 13. Primam exercitiorum spiritualium hebdomadam et nonnihil ex 2.ª suscepi; reliquarum probationum nullam obiui, praeterquam quod bis aut ter sum concionatus in refectorio. 14. Per annum aut paulo plus rhetoricae et linguae graecae operam dedi, cum in collegio germanico essem; Patrem deinde Natalem per biennium fere sum comitatus in ultima sua peregrinatione, qua Hispaniam et reliquas provincias visitavit. 15. Die sexta Nouembris 1560 primum emisi uota sub formula Societatis. Nam iam inde ante biennium uoueram, etc., ut habetur in responsione 10. 16. Pensionem annuam xx ducatorum, quam semper génitor meus percipit; facultatem praeterea illam pro aliquibus anticipatis solutionibus annullandi et extinguendi a me, cum eius domum transirem in hac peregrinatione, petiuit; quam, instrumento publico confecto, concessi; et ne eo uteretur, donec P. Natalem consulerem et veniam haberem dixi; quod Cesaraugustae feci, ubi P. Natalem, ad ipsum rediens, iuueni; et, habita venia, genitorem meum, quod instrumento illo uti posset, certiorem feci. 17. Bona ualetudine sum usus diuina ope, tantisper aliquoties interrupta. 18. Nunquam huc usque examinatus, nec eo biennio, quod cum P. Natali egi, confessus generaliter fui, nec uota renouaui. At postquam Romam rediui, duo haec sexto quoque mense diuina gratia praestiti. Rationem uero conscient[i]ae nullam dedi, nisi semel P. Polanco, in confessione, quam de totius uitae criminibus diuino favore feci. 19. Gratia Dei mecum, semper paratus sum totam in Societate vitam agere. [*Sch.*] 1. Ad 18 aetatis meae fere anum quatuor uel quinque aut forte plures annos in grammaticis et humanioribus literis insumpseram; postquam uero sum Societatem ingressus, annum in rhetoricis ac fere biennium in logicis et physicis ago. 2. Mediocri utor in studiis valentudine [*sic*], diuino fauore. 3. Satis bene, laus Deo, et ad philosophica, quae nunc prae manibus habeo, me magis propensum sentio. 4. Non omnino ineptus, diuino auxilio, ad philosophica. Non multum polleo memoria, neque adeo (ut mihi videtur) perspicaci ingenio. [III, 18]

1. *Joannes Abstemius.* 2. Viginti duos. 3. Hungarus, ex civitate Cassouia... 7. Fuit mercator, sicut parentes, et prius studuerat. 12. Ante duos fere annos, Viennae; et fuit examinatus a

P. Cornelio... 14. Est accolitus in Societate promotus. 15. Viennae, Pragae et modo Olomutii... 18. Emisit priuata uota Societatis ante 20 menses: nulla alia habet. [III, 118]

1. Llámome *Juan Alcayde*. 2. Tengo 48 años. 3. Soy de Lucena, tierra de Córdova... 10. Criéme en la iglesia y en el estudio y en palacio hasta veinte años, después fuí soldado, y después me ordené y bibí con un señor, con quien fuí á Alemaña, Flandes, etc., y después fuí cura hasta que entré en la Compañía... 12. Quando muchacho tenía inclinación á devoçión y á religión, y esta me duró siempre, aunque io me derramé; diversas vezes rezava dende niño las oras de nuestra Señora, y otras devociones siempre: me confesava algunas vezes entre año; todo con tibieza; parecíanme bien los buenos... 14. Quando entré en la Compañía, avía algunos días que estava determinado de dexar el mundo, y andava dudando de mí, y tuve por huéspedes dos Padres de la Compañía, que me dieron razón del instituto, y nuestro Señor me aficionó luego ã ella, y dixe dentro de mí: estos pratican el evangelio, porque yo solía dezir, que no veía prática del evangelio en la tierra; y así fuí á confesarme generalmente á Córdova, y en los exercicios me determiné... 16. Ha que estoy en la Compañía 4 años y ocho meses... 22. Soy sacerdote. 23. He estado en Granada en la cozina y en enfermería, siempre en Córdova, refitolero y sacristán. En Montilla fuí ministro y superior... [*Sch.*] 1. Oy grammática en mi tierra: el curso de artes en Alcalá... 6. En Alcalá tomé grado de bachiller en artes [1]. [III, 590, 591, 600]

1. Chamã-me *Joan Brandão*. 2. De desanoue annos he dous meses. 3. De Portugal, e da cidade do Porto... 16. Avera dous años e seis ou sete meses que entrei na Companhia... 22. Tenho quatro ordens menores. 23. Estiue em Coimbra aonde me ocupei em officios baixos, he em estudar, he em a casa do Porto conualescendo... [*Sch.*] 1. Dous annos fóra da Companhia em la latim, he seis meses depois no mesmo latim, aiutãdo todo o tempo; he outo mezes de logica. *A tergo:* Joan Brandon. [III, 292, 293, 302, 303]

1. *Joan de Cotta*. 2. De vinte e sete ate vinte e oito annos. 3. De Andaluzia, da cidade de Cordoua... 14. Entrey na Companhia por seruir a noso Senhor, e por não ouuir praticas mundanas. Recebeome o Padre dom Francisco de Borja en Cordoua, e day me mandou logo a Euora, en Portugal... 16. A 25 de Março fez seis annos que entrey na Companhia. 17. Fiz os votos por deuação avera 4 annos, e publicos avera pouco mais de hum anno... 19. Fuy a nosa Senhora da Lapa em peregrinaçam; demais tempo

---

[1] Autographum habet in fine nomen auctoris hoc pacto contractum: *Juan Alljd.*

todo gastey en officios de casa, e ao presente são forneyro, e o demais fuy cozinheiro... 22. Nam tenho ordens. 23. Em Evora fuy cozinheiro, roupeiro, refeitoreiro, despenseyro, em Coymbra cozinheiro e forneyro... 2.ª feira, 1.ª oytava do Spirito sancto de 1561 annos... [II, 2]

1. Vocor *Johannes Coxus*. 2. Viginti quinque natus. 3. Anglus, prouinciae wintonensis... 7. Dum ingrederer Societatem, agebam sacerdotem... 12. Die secundo Novembris receptus sum a Rdo. Patre generali Tridenti, ab ipso non examinatus... 15. In romana domo professorum et enipontano collegio tantummodo fui. 16. Probationes feci. 1. Quatior diebus feci exsercittia spiritualia Rome. 2. Non inseruiui in senodochio. 3. Roma vsque Tredentum veni peregrinatum. [III, 262]

1. *Joannes Dionysius*. 2. Viginti et unum. 3. Germanus geldrius, sub episcopatu coloniensi, nouiomagus... 12. [Admissus ab] annis duobus Coloniae a R. P. Leonardo.... 14. Laicus sum, sed primam tonsuram, vt vocant, habeo. 15. In coloniensi semper. [III, 132, 133]

1. *Joannes Dirsius*. 2. Annos 31 vel 32, certo non scio. 3. Natione sum germanus, bauarus et eichstettensis... 7. Fui canonicus y [*sic*] dioecesi eistettensi, subdiaconus; et Ingolstadii literis operam dedi... 12. Anno 1552 ueni ad Societatem, receptus a P. Claudio in collegio viennensi. Examinatus tunc fui obiter... 14. Sacerdos sum indignus, promotus, et sacris initiatus a Rev.mo archiepiscopo strigoniensi. 15. Vixi in collegio viennensi, pragensi, romano, ingolstadiensi, monacensi, oenipontano. 16. Doctrinam christianam publice et privatim multos iam annos legi omnis generis hominibus. Concionatus sum: audiui confessiones. Legi in scholis semper, exceptis duobus annis, quibus Romae vixi. 17. Versatus sum quasi semper in variis exercitiis. Versatus sum in philosophicis et theologicis, aliisque studiis humanioribus et linguis. Viennae egi ministrum et rectorem; deinde confessarium collegii et templi, ut Monachii. Item fui diu praefectus studiorum Viennae et Monachii... [III, 507, 512]

1. *Joannes Fabius*. 2. Natus sum annos decem pene et septem. 3. Natione gallus, prouincia leodiensis, episcopatus ejusdem, patria dionantinus. . . 6. Habeo fratrem unum in mundo... alterum fratrem habeo hic in Societate [1]. 12. Erunt [ab ingressu in Soc.] tres anni in festo Natiuitatis Domini. . . . 14. Non. 15. Coloniae, hic semper fui. [III, 328, 329]

1. *Joannes Flander*. 2. Vigintitres, ut puto. 3. Natione flander vel tranisulanus, hollandus, ex oppido Campen. . . 7. Sequebar praxim aduocatorum per unum annum redimendo uictum. Inde fere biennio fui apud dominum de Camera in Hol-

---

[1] Gregorius Fabius. Vide supra pag. 114, annot. 1

landia... 12. Romae fui receptus Patribus, qui in domo nostra uersantur, et fui tunc examinatus a Patre Polanco. 14. Nec sacerdos sum, nec ullum habeo ordinis sacri gradum. 15. Romae in probatione, Florentiae et Monachii ac aliquo tempore Augustae. 16. Probationes Societatis: — 1) Feci per quinque hebdomadas. — 2) Seruiui per quinque septimanas. — 3) Peregrinatus sum Roma Florentiam. — 4) Versatus sum quasi duobus mensibus. — 5) Semel in schola hic docui, alias non. — 6) Domi tantum concionatus sum... Legi tam domi quam in schola. 17. Partim in studijs, partim in docendis pueris. 18. Habeo vota ab eo tempore, quo missus fui Roma Florentiam, sunt (ni fallor) quatuor anni. [*Mag.*] 1. Lego grammaticam latinam, epistolas Ciceronis, syntaxim, prosodiam, grammaticam graecam. Jam duobus annis in hoc munere praeceptoris uersor. Primo medio anno minimos pueros docui legere, secundo medio anno Donatum; postea eadem quae nunc. [*Sch.*] 1. Literis operam dedi quatuor vel quinque annis ante ingressum in Societatem, sed, ijs relictis, me contuleram ad praxim aulicam, et ita tradidi cuncta obliuioni. Florentiae in collegio incoepi a grammaticalibus, et ita perueni ad retoricam et dialecticam... [III, 619-632]

1. *Johannes Grangianus* vocor. 2. Annos octodecim natus sum. 3. Sum natione gallus, patria et episcopatu lugdunensis... 12. Quartus mensis cum dimidio agitur, in quo sum in Societatem receptus a P. Guidone, Patre generale permittente; idque in collegium billomense. 14. Non sum sacerdos, nec ad ullum sacrum ordinem promotus. 15. Fui dumtaxat in billomensi collegio. [*Sch.*] 1. Octodecim annos natus sum. In studijs versatus sum, tam grammaticis, quam rhetoricis, decem annorum spatio plus minus, partim antequam in Societatem reciperer, partim in eandem receptus. [III, 728-730]

1. *Joannes Haullonius*. 2. Credo 25, aut 26, aut forte 27. 3. Lotharingius, tullensis, rambertinus... 12. Sunt quinque cum dimidio aut sex Romae in domo, fui examinatus... 15. Romano, patauino, ferrariensi, turnonensi... 16. Feci exercitia spiritualia per 15 dies. In seruitijs domesticis per mensem, etc. Docui doctrinam christianam per mensem. Audivi confessiones quasi per duos annos. Legi quasi per tres annos... Joannes Lotharingus. [III, 785]

1. *Joannes Herbetius*. 2. Triginta annos sum natus [1]. 3. Gallus natione, lotharingus prouincia, patria mea est vrbs inter Metas et Verdunum sita, quod [*sic*] Stanum vocatur... 12. Anno quinquagesimo sexto, primo die Februarii (vt arbitror), Coloniae sum admissus ad probationem Societatis nostrae, saltem

[1] Hoc est primum examen. In secundo ait se attigisse 25 annum circa festum Nativitatis Jesu Christi D. N.

antequam coeptum est legi per nostram Societatem. Fui admissus in collegio Trium Coronarum. A precedenti festo omnium Sanctorum semper singulis diebus dominicis communicaui in aedibus, quas habebamus apum D. Ursulam, audiebamque Patrem Rhetium docentem rhetoricam... 14. Sum sacerdos... 15. Fui in collegio coloniensi et treverensi... 18. Votum emisi scolasticorum Coloniae anno 57 ipso die paschatis: alia non habeo nisi illa quae in mea, dum sacrum Domini corpus sumo, tacita mente conceptis singulis verbis quotidie facio, dicens: Domine Jesu, voveo tibi, et pontifici romano, et sanctae ecclessiae tuae, divinae Societati tuae, paupertatem, castitatem, obedientiam perpetuam, quam mihi dabis perfectiorem, sanctiorem, diviniorem, clariorem cum diuiniori, perfectiori, sanctiori et abundatiori spiritu tuo ad solam gloriam Dei Patris et Filii et Spiritus sancti. Illudque refero ad omnes tres illas virtutes, et semper a tempore, quo sum sacerdos (quod erit triennium in festo proxime sequenti divi Remigij , sic voui, etsi principio fortasse non cum illa perfectione et spe majori... Coloniae sum factus artium magister anno 59... Antequam venirem ad Societatem docui in aedibus ubi morabar epistolas Ciceronis, ethimologiam et syntaxim Despauterij, compositiones aliorum, quas in scholis suis praeceptoribus dare debebant, corrigebam: et sic puto me fecisse per annum circiter aut duos. [III, 226, 227, 230, 231, 428-431]

1. *Joannes Hermanus*. 2. Numerum certum annorum nescio, puto tamen me jam agere vigesimum annum. 3. Sum germanus, suevus ex patria Mindelhaim... 12. Sunt jam tres et fere medius annus quod fui hic Viennae receptus in Societatem. Examinatus fui... 14. Quatuor ordines tantum accepi in Societate. 15. In nullo fui collegio Societatis nisi hic. [III, 406, 407, 749]

Anno 1567, 31 Octobris. 1. *Joannes Jacobaeus* vocor. 2. Viginti et unum annos sum natus. 3. Leodiensis sum... 12. Ab annis novem fui receptus Coloniae forte initio Junii; examinatus fui... 14. Nullum ordinem habeo. 15. Coloniae, Tornaci et Audemaropoli habitavi... Sum magister tantum artium, factus Coloniae ante annos 6. Ante ingressum in Societatem studui Leodij ab anno forte quarto, in Societate annos tres, et quidem Coloniae, unum annum in logica, sesquiannum in phisica et medium in rhetorica. Extra Societatem non docui. In Societate sex annos docui, partim humanitatem, partim rhetoricam, partim syntaxim.[III, 143]

1. Dígome *Joan de Jaén*. 2. Quarenta y cinco años. 3. De la ciudad de Quenca... 14. Fuí resceuido en Alcalá por el P. Villanueva, que esté en gloria... 16. A que entré doçe años y va á treçe... 22. Soy presbítero. 23. E estado en Alcalá, en Valencia, Gandía, en Córdoua: las ocupaçiones an sido confessar, enseñar la doctrina christiana, leer griego y gramática latina, y predicar,

y ser prefecto de los studios y consultor. ┼ Joan de Jaén. [*Alia manu:*] Respuestas del Padre Jaén para nuestro P. Nadal. [III, 108]

1. *Juan Manuel.* 2. Tengo edad de veinte y ocho años y dos meses. 3. De la prouincia de Castilla, de una villa que se llama Treuiño... Fuí recibido por el P. Villanueua en Alcalá... 16. Nuebe y medio... 22. Orden de presbytero y las demás inferiores. 23. Yo estube en Alcalá estudiando en la Compañía y occupado en officios bajos cinco años, y en este medio fuí á Cuenca á conualescer de vna enfermedad: de Alcalá fuí á Medina del Campo, adonde leya vna lición de mayores, y predicaua, confessaua y era maestro de nouicios. De Medina fuí á Ocaña: aquí predicaua y confessaua y fuí ministro: de ay fuí á Velmonte, y allí predicaua y era superior. De Velmonte vine á Toledo, adó predicaua y confessaua, y en diuersos tiempos en casa tube officios de maestro de nouicios, de ministro, de confessor de casa: después fuí al Villar, adó hazía el officio del rector; después torné á Toledo, adó agora estoy. [III, 210, 211]

Ad primum *Joannes Marquez.* 2. Annos 34. 3. Hispanus, beticus, de Villanueva del Fresno... 7. In militia. 12. Sunt fere 12 anni Romae receptus fui; tunc primo examinatus... 14. Diaconus. 15. Romae, Laureti, Ingolstadii. 16. Feci semel exercitia per decem dies in xenodochiis bis, semel per tres hebdomadas et semel per totidem: per sex menses credentiarius, per annum in cubiculo Patris Ignatii, per annum in domo cardinalis, per biennium in curia regis Philippi Bruxellis: per castella circa Romam docui doctrinam christianam, aliquandiu contionatus sum Romae in carceribus. Laureti legi per novem menses gramaticam, Ingolstadii per annum philosophiam. 17. In romano collegio per tres annos philosophiae operam dans, et in germanico per biennium curam habens puerorum, et interim theologiae operam navans. [III, 398]

1. *Joannes Mortaigne.* 2. Natus sum anno 1517. 3. Brabantie, Gallice, diocesis leodiensis, ex pago quod Lignacum appellatur... 6. Unum fratrem ordinis sancti Francisci et unicam sororem viduam... 14. In sacerdotio sum iam viginti annos. 15. Primo Louanij sum ingressus Societatem, et post duos menses missus Romam, ubi mansi in domo probationis sex menses; deinde in collegio octo mensibus. Postea missus sum Lauretum, ubi habitaui quinque annis. Postremo missus sum Tornacum, ubi habito iam annos tres cum 7 mensibus. [III, 139-142]

1. *Joannes Nicolaus Donius.* 2. Circiter 30. 3. Brabantinus balenus... 7. Semper fui studiosus. 12. Decem annis sum in Societate; ingressus sum Coloniae, examinatus... 14. Sum sacerdos. 15. Fui Coloniae per hebdomadam: fui Rome, Laureti, Flo-

rentie, Ferrarie, et jam ago Viennae circiter 7 annos. 16. Fui Romae quasi per annum in probatione, et ad primam probationem ex illis sex respondeo: 1.° Feci exercitia spiritualia. 2.° Inservivi pauperibus in xenodochio. 3.° Peregrinatus sum. 4.° Fui minister hic per annum, infirmarius laborantium ex peste, praefectus sanitatis, etc. 5.° Docui doctrinam christianam pueros germanice in nostris scholis. 6.° Concionatus sum hic per vnam quadragesimam germanice in nostro templo: post prandium audio confessiones, et fui confessarius laborantium ex peste. Legi scholasticis linguam haebream... Sum promotus in magistrum a Rev. Patre Natale Vienne. 17. Circiter 8 aut 9 annos in saeculo [operam studiis navavi]. In Societate humanioribus, grecis, hebraicis, rhetoricae duos annos, et philosophiae studui duobus annis, et theologiae 5 annis. Non docui alibi extra Societatem, docui Vienne in classe humanitatis copiam verborum et nescio quid aliud; nam sunt jam bene quinque aut sex anni. Docui linguam hebraicam per 5 annos. [III, 444]

1. *Joannes Pionneus*. 2. Triginta tres annos natus. 3. Gallus, andegauensis... 12. Jam agitur decimus quartus annus Romae admissus et examinatus circa 23 Decembris 1554; Laureto tamen 13 eiusdem mensis die Romam missus... 14. Sacerdos. 15. In collegio romano, perusino, eborensi, conimbricensi, ulissiponensi, turnonensi et lugdunensi. 16. Versatus sum in seruitiis domesticis Romae tres aut quatuor menses, et quinque vel sex in Lusitania, Conimbricae, et Eborae; item Perugiae docui pueros per duas horas quotidie tribus aut quatuor mensibus, unus praeceptoris coadiutor... Romae creatus sum magister in philosophia. Ante ingressum studiis humanitatis, rhetoricae, literis graecis, dialecticae et aliquantulum studiis mathematicis. Post ingressum vero retoricae, philosophiae, theologiae, mathematicae, hebraicis literis, etc., casibus conscientiae operam dedi. Ante ingressum Societatis docui nunquam; post ingressum docui Perusiae prima rudimenta grammaticae, tantum est, opinor, tres menses aut amplius. Eborae literas graecas 5 menses; Conimbricae humanitatem per mensem ferme; Ulyssiponae humanitatem per annum, et rhetoricam ferme per tres annos, demptis videlicet 4 mensibus. Romae literas graecas professus per annum. Turnoni nouem mensibus professus sum theologiam, et ibidem aliquot mensibus rhetoricam. Lugduni docui literas graecas undecim mensibus, et ibidem rethoricam ad 8 vel 9 menses; sed id eodem tempore seu anno, horis tantum diuersis. Sex menses praefui conuictoribus Turnoni, ubi etiam exposui doctrinam christianam diebus dominicis in nostro sacello, nescio quot mensibus, credo quinque vel sex. Concionatus per quadragesimam in templo maximo ter in hebdomada. Lugduni praefui conuictoribus iam undecim mensibus, ubi etiam exposui doctrinam christianam per aliquot

etiam menses, et concionatus sum tempore aduentus ter in hebdomada. [II, 104]

1. Vocor *Joannes Piscator,* Sypontinus. 2. Implevi, si recte recordor, 24. 3. Natione sum germanus, provinciae wurtenbergensis... 7. Vitae conditionem studiosorum sequutus sum, et in nullis aliis uersatus sum rebus... 12. Sunt iam septem anni, ni fallor, aut paulo plus, quod sum receptus a Societate in viennensi collegio in Austria, et fui examinatus... 14. Nec sum, nec ordinem habeo, praeterquam 4 minores. 15. Fui in viennensi, ingolstadiensi et monachiensi collegio... [*Sch.*] 1. Quot annos dederim operam literis dicere non ualeo, tam extra Societatem quam intra; tamen si recte ratiocinari velim, quatuor annos, dum in Societate fui, uix consumpsissem in studijs... 5. An progressum aliquem fecerim in studiis uix intelligo propter uarias occupationes studiis semper immixtas, quae me semper turbarunt et perturbarunt, quasi nihil studuerim; si uero in aliquo studiorum genere profecerim, in philosophia erit, quamuis ualde parum. 6. Nullos gradus suscepi... [III, 197, 198, 204]

1. Vocor *Joannes Rethius.* 2. Ago annum trigesimum primum... 3. Natus sum in civitate coloniensi... 7. Antequam in Societatem reciperer, mater me sustentabat in studio, partim apud se, partim in Vestphalia, et exiguo tempore in Gallia Parisiis; tunc autem, cum Societatem admitterer, docebam Coloniae in bursa nova coronarum... 12. Ante annos circiter 9. Coloniae a Rdo. P. Leonardo Kessel primum ad Societatem receptus sum; non ita diu post Romae receptus sum... 14. Sacerdos factus sum Romae paulo antequam Coloniam mitterer a sanctae memoriae Patre nostro Ignatio... 15. Fui in collegio romano... 23. Iuvi rectorem in collegio germanico Romae, et Coloniae expedivi negotia, quae iniungebantur tractanda cum Rev.mo episcopo, senatu et aliis extra collegium... 31. A puero literis operam dedi: ante ingressum Societatis artibus: post Romae per annum philosophiam audivi, et per annum aut amplius theologiam. Reversus Coloniam, primum concionatus sum, post per duos annos aut amplius rhetoricam docui, deinde Treveris sum concionatus, et Moguntiae partim externis negotiis occupatus, partim privatim studui. [*Alterum examen ejusdem Rethii*]. 2. Circiter 35, ut puto... 8. In quo vel quibus collegiis fuerit. Romae, Coloniae, Moguntiae, Treveris... 13. An sit promotus in aliqua facultate et ubi. In artibus et theologia Coloniae. [III, 665-674]

1. *Joannes Rogerius.* 2. 38 aut circa annos natus. 3. Nationis gallicanae, prouinciae Franciae, episcopatus parisiensis, patriae eiusdem... 7. Ante ingressum Societatis magister in artibus, et in studiis versabatur... 12. Annum agit 15 ab ingressu in Societatem, receptus a P. Paschasio in Longobardia. Bononiae, ibidem in quibusdam examinatus, sed Romae postea fusius a

P. Polanco... 14. Est sacerdos ab ingressu in Societatem. 15. Fuit in collegio bononiensi, panormitano, romano, appamiensi. [III, 751, 752]

1. Llámome *Joan Rubíes*. 2. Tengo 30 años. 3. Soy catalán; de Balaguer... 14. Entré en la Compañía movido por solo Dios, y para servirle. Recibióme el P. Baptista de Barma en Valencia... 16. Va por 8 años que entré en la Compañía... 19. No hize otra probación sino estar 22 días en la cosina, ni estuve en casa de probatión, antes luego al principio me pusieron en leer gramática, y después me hizieron sacerdote. 23. Estuve en Valencia, y Palermo, y Monreal, adonde leí gramática año y medio, y después por falta de rector tuue cargo de aquella casa 6 meses: después vine á Barcelona, después estuve en Çaragoça 16 meses, después bolví á Barcelona, ocupéme en confesar y ser ministro. [*Sch.*] Al examen de los scolares yo, Joan Rubíes, sacerdote, que al presente estudio en el collegio de Barcelona, digo, que á la primera pregunta, que estudié nueve años sin el tiempo que puse en aprender de leer y escrivir, los cinco primeros en latinidad, aunque faltaua los veranos, y esto en Balaguer. Después oy el curso de las artes en Barcelona, fuí muy continuo, y al fin del segundo año del curso tomé el grado de bachiller: después estudié en Valencia un año de theología, y todo esto antes de entrar en la Compañía. Después de entrado avré oydo 4 meses á remiendos de theología en Barcelona... 6. Soy bachiller en artes. [III, 110, 111, 117]

1. *Juan* evangelista, de pila [1]; sobrenombre *Salamanca*. 2. De veinte asta XXIII años poco más ó menos. 3. De Salamanca, natural de la misma ciudad... 16. Avrá que entré para el Abril cinco años... Fuí mandado recibír por el P. Francisco, el Padre dotor Araoz, el P. Carillo me recibió en Alcalá... 22. No tengo hórdenes [*sic*]. 23. En Alcalá coadjutor del enfermero. En Çaragoça portero, cocinero... etc. En Balencia, Gandía, Murcia, adonde estoi. [III, 194bis, 195]

Ad 1.am *Johannes Seidel*. 2. Annos natus 34. 3. Morauus olumucensis... 12. Receptus fuit in Societatem Romae anno 50, nisi fallit memoria, fuitque examinatus. 14. Sacerdos indignus est, et titulo doctorali insignitus, scilicet theologiae, Ingolstadij. 15. Habitauit primo in collegio romano, deinde in tyrnauiensi: fuit autem in neapolitano, nolano, senensi, florentino, ferrariensi, patauiensi, monachiensi, ingolstadiensi, wienensi. 16. Probatus fuit 1.° bis per exercitia spiritualia Romae. 2.° Xenodochia visitauit, sed non seruiuit, et carceres. 3.° Peregrinatus fuit Romae per 3 hebdomadas ad sepulchrum apostolorum Matthaei et Andreae. 4.° Versatus est in culina uno mense, et in refectorio,

[1] Id est, Joannes evangelista in baptismate nominatus. Vide epist. 321

altero, Romae in domo. 5.° Docuit doctrinam christianam Tyrnaviae. 6.° Concionatus est Wiennae, Tyrnaviae et apud archiducem Carolum. 17. Fuit loco rectoris Tyrnauiae. [*Sch.*] 1. Sane incertus est quot annis operam literis dederit; ante ingressum tamen in Societatem rhetor et dialectus quondam fuit. In Societate uero, scilicet, Romae, philosophus per triennium, theologus per annum, quia aliud tempus studij fuit illi denegatum.... [III, 390, 402]

1. Vocor *Joannes Thionneus*. 2. Natus sum viginti tres vel quatuor annos. 3. Galus sum natione, patria mea est Vindocimium, episcopatus carnotensis... 7. Cum Societati me dedi, literis in academia parisiensi nauabam operam. Aliquot tamen annos antea in agricultura parentes iuueram... 12. Jam quatuor cum dimidio anni abierunt, ex quibus me recepit P. Nicolaus Bellefille, Patris Paschasii quondam prepositus, atque in collegio parisiensi... 14. Nec sacerdos, nec ullis adhuc sacris ordinibus initiatus sum. 15. In hoc tantum et collegio parisiensi. 16. Exercitia spiritualia semel Lutecie subii. In docendis pueris fere duos annos hic me exercui; atque mortificationis gratia Lutetia huc veniendo elemosinam petivi. 17. Versatus sum in grammaticis, rhetoricis, sed Lutetiae in philosophia graecas etiam et hebreas degustaui literas. 18. Vota emisi in Societate. [III, 745]

1. Est mihi nomen *Joannes Zymmerus*. 2. Ago circiter 24 annum. 3. Sum germanus, dyocesis episcopi spyrensis. 12. Sunt 6 anni quod sum receptus a Schurichio et Patre (piae memoriae) Cornelio, Romae... 14. Sum factus diaconus Eistadij. 15. Fui in romano, neapolitano, viennensi, et ingolstadiensi, et hic. [*Mag.*] 1. Docui iam forte 5 annos. [III, 194-196]

1. *Jodocus Carcineus* vocor. 2. Ago annos (ut verisimiliter existimo) 30 circiter plus minus. 3. Sum ex magna Germania, auss dem hohen Teutschlandt, prouincia palatinatus, episcopatus est moguntinensis, patria Alzea... 12. Quod fui in Societatem receptus puto esse octo annos plus minus, vel paulo diutius quam doctor Paulus rector viennensis: versatus sum in domo probationis: Pater Cornelius probauit et persuasit mihi institutum Societatis: Rdus. noster Pater Ignatius annumeravit me suis filijs; et primo die, quando veni Romam, adhuc saecularis, quaesivit me per famulum suum inuenitque in platea, qua itur ad D. Petrum, et uidendo prophetauit Pater Ignatius me aliquando fore Societatis, huiuscemodi uerbis: «Congratulamini mihi, quia inueni ouem meam et maius est gaudium» etc. 13. Pater noster prouincialis est meus villicus; petite ab illo ut det suae Reverentiae rationem uillicationis. 14. Promotus sum in Societate ad ordinem sacerdotalem. 15. In collegio angilostadiensi prouintiae Bauariae. 16. 1. Feci exercitia spiritualia, quae spectant ad poenitentiam, ad contemptum mundi, ad timorem Dei, ad horrorem et detesta-

tionem vitiorum, et alia. 2. Non aliter inseruiui pauperibus infirmis et leprosis quam visitando, familiariter colloquendo, et concionando in eorum domesticis congregationibus, consolando eos in miserijs. 3. Peregrinatus sum in paupertate... 4. Fui sacristanus Romae in domo et in collegio multo tempore; pistor hostiarum. Idem officium et in alijs collegiis Germaniae habui; item famulus coci, cocus Patris Canisij, qui nimis bonus: conquerebatur enim quod fercula essent nimis lauta et delicata: item credensarius, distributor pannorum, custos portae, praefectus exercitiorum, minister ingolstadiensis. 5. Docui doctrinam christianam apud pueros Ingolstadij, Augustae, Monachij, Moguntiae. 6. Lector grammatices, Donati et aliorum talium auctorum. Concionatus sum in diuersis ciuitatibus, non tamen ordinarie, sed eram necessarius unus auxiliator, et deerat alius. Apud rusticos vero semper quasi pastor habitus. Praeterea fui confessarius ordinarius omnium personarum, praecipue puerorum, virginum et matronarum, virorum plerique erat defectus [*sic*]. 17. Fui porro exercitatus frequenter in scribendo; sed hec ars non bene admodum successit. 18. Habeo communia illa uota iuxta Societatem fratrum. 19. Bona, quae habui, quando in Societatem sum ingressus uendidi cognatis pro uilissimo precio, eo quod non poteram aliter satisfacere, propter haereticos mihi adversantes et me impedientes suppellectilem distribui nostris collegiis: reliquum tradidi Rev. Patri provinciali: quid et quantum, ipse nouit melius. 20. Valetudine satis bona, laus Christo, usus sum hactenus. [III, 99, 100]

1. Me llamo *Joseph de Acosta*. 2. Que soy de veynte y vn años y un mes. 3. Que soy de la prouincia de Castilla, natural de Medina del Campo... 14. Recibióme el P. Juan Paulo en Salamanca, siendo vice-rector en lugar del P. Dr. Torres... 16. Que ha que entré en la Compañía nueue años y dos meses... 18. Que en Salamanca hize los exerciçios tres semanas, aunque no me dexauan estar todo el día ençerrado, por ser niño. Después acá no les he hecho otra vez... 22. Que aun primer tonsura no tengo. 23. Que he estado primeramente en Salamanca vn mes; en Medina çinco años, en Plasencia un mes, en Portugal, scilicet Lisboa, quatro meses, en Coymbra çinco, en Valladolid un año, en Segouia siete meses, en Alcalá dos años. Todo este tiempo he ocupado en leer gramática ó oyrla, salvo estos dos años en artes y otros tiempos que estado malo, etc... [*Sch.*] Artes he estudiado año y medio aquí en Alcalá, dos meses en Coymbra. [III, 804, 805, 824]

1. *Joseph de Ayala*. 2. 27 años. 3. De Madrid, reyno de Toledo. 14. Fuy recibido por el P. Francisco de Borxa en Simancas... 16. Va para 7 años que entré en la Compañía... 22. Soy sacerdote. 23. De asiento para morar he estado en Symancas en

la probación, en Salamanca estudiando, en Palencia aun no un año confessando y predicando, y en este collegio estudiando y predicando... 29. Sy mis fuerças me ayudasen, siento en mí inclinación á qualquiera destas misiones y mayor á la de Alemaña, la qual a días que deseo, y asy lo he propuesto á nuestro P. Nadal. Joseph de Ayala... [*Sch.*] 6. Soy graduado de doctor en theología. [III, 810, 822]

1. *Laurentius Hermanseter* [?] [1]. 2. Circiter 26. 3. Germanus suevus, vulnigensis diocesis constantiensis... 12. Anno 57.° Ingolstadii in Bavaria circa festum S. Michaëlis conveni nostros, sub rectore Patre Thoma Flanch a doctore Hermanno confessario meo examinatus... 14. Sacerdos sum factus Monachii circa Matthei apostoli anno praeterito. 15. Ingolstadii, Pragae, Viennae, Monachii, et hoc in collegio tantum fui. [IV, 21, 22]

1. *Leonardus* cognomine *Poschius*. 2. Decem et octo. 3. Germanus, bauarus, ingolstadiensis... 12. Sunt quatuor anni cum dimidio, ex quo fui recepus a Rdo. Patre domino Petro Canisio Straubingae, et ab eodem missus Ingolstadium ad collegium Societatis; denique post 4 menses missus Romam, fui examinatus a P. Polanco... 14. Ad nullum ordinem promotus sum. 15. In primis Ingolstadio; post 4 menses missus fui Romam, et inde statim post exactam primam probationem missus fui Lauretum, ubi hauitaui per duos annos et aliquot menses; inde vero Patauium fui missus, unde post annum exactum iterum fui Romam reuocatus; ubi cum Patres intelligerent me in Italia numquam fere bene habuisse, praesertim aestivo tempore, Ingolstadium in patriam sum relegatus. [*Sch.*] 1. Studijs dedi operam 4 annis: duobus grammaticae, uno rhetoricae, et altero logicae, hisque in Societate. Ante ingressum vero, etiam per duos fere annos, saepe tamen interruptos, studui rudimentis grammaticae... 3. Ad studia me sentio praecipue propensum, maxime ad philosophica. [IV, 8, 12]

1. *Ludovicus Backrelius*. 2. Annis 36. 3. Inferior germanus, flander, rothornacensis... 12. A vigilia S.ti Joannis Baptistae illius mensis, quo R. P. Laynez electus fuit in generalem, Romae [receptus] et fui examinatus... 14. Sum sacerdos indignus in Societate factus. 15. Fui Romae, Florentiae, Pragae, Oeniponti, Moguntiae. [IV, 45, 46, 49]

1. Vocor *Ludouicus Gerardinus*. 2. Annos, quantum recordari ac colligere possum, natus 34. 3. Natione et patria leodiensis... 6. Duos fratres extra Societatem habeo, unum iuris licentiatum, alterum munus rectoris in collegio, quod Leodij est, exercentem; tertius in Societate est: rhetoricam in collegio tornacensi profitentem intelligo... 12. Jam decimus agitur annus, ex quo Louanij a Patre Adriano receptus fui, a quo Romam missus: hic

[1] Ultimae syllabae hujus cognominis confuse exaratae sunt.

examinatus sum... 15. Primum in collegio louaniensi, deinde in coloniensi fui, ubi uota emisi: hinc Romam missus sum, ubi sesquianno peracto, missus sum in collegium biliomense, in quo fere per sexennium humanitatis ac poëticae classi praefecti fuimus. In collegio germanico menses 18. [IV, 41bis]

1. *Luis Álvares.*—2. Fiz 22 annos esta quaresma passada [1]... 12. Votos antes dentrar na Companhía nam tive, exceito alguns de romarias... scilicet una sexta feira a nossa Señora da Lus, huna legoa fora de Lisboa... e tres sextas feiras a S. Roman, duas legoas fora de Lisboa... 14. Determinei por graça de Deus de deixar o mundo e entrar nesta religiam... e asi o pedi aqui en Coimbra, omde entrei, ao P. Miguel de Sousa, e depois de ter resposta dele que me receberia, ordenei brevemente minhas cousas e emtrei.... 16. Avera 7 meses que entrei na Companhia... 22. Tenho ordenes de evangelho, con que entrei em casa... 23. Estive aqui em Coimbra omde estou e em Sanphins... [*Sch.*] 6. Agraduei-me nesta universidade de Coimbra en mestre en artes. [IV, 78-84]

1. *Luis Áluarez.* 2. De aquí á dos meses cumpliré 24 años. 3. Soi de Estremadura en España, de Çafra, veinte leguas de Seuilla... 14. Sin saber qué era Compañía, ni adonde venía, por consejo del P. Áuila vine á Córdoua al collegio á estudiar. Mouióme un Padre... á exercicios...; escriuiendo al P. Maestro Auila sobre ello, me puso calor harto, enuiándome á llamar sobre ello, y escriuiendo al Padre prouinçial... Reciuióme el P. doctor Torres y el P. Gonçález, rector en Córdoua... 16. A dos de Julio... hará siete años que entré... 22. Soy de primera tonsura solamente. 23. En Córdoua... en Granada... en Seuilla... he estudiado 3 años de artes y uno de theología. [IV, 60, 63]

1. *Luis de Guzmán.* 2. De treinta y cinco años. 3. Del obispado de Cuenca, de Alarcón. 4. Hijo de Luis de Guzmán y de doña Isabel de Vargas, defuntos... 14. Recibióme el P. Villanueva... 16. Ha 9 años que entré... 22. Soy sacerdote. 23. De asiento he estado solamente en Alcalá, huésped y de passo en Cuenca, Belmonte, Ocaña, Medina, Valladolid, Çaragoça. Ocupado en estudiar, y confessando y predicando algunas vezes... Luis de Guzmán. [*Sch.*] 1. Antes de entrar en la Compañía oí latinidad en Toledo y derecho en Salamanca y en Valladolid... 6. Soi bachiller en cánones. [IV, 72-75]

1. *Marcal Belliarte.* 2. De 19 annos. 3. de Portugal, da cidade de Lisboa... 14. Recebeo-me dom Ignacio en Lisboa... 16. Tres annos he quatro meses... 22. Quatro ordens menores. 23. Estiue em Euora occupando-me en officios de casa princi-

[1] Non constat de ejus patria. Ex ipsius autem peregrinationibus eum Ulyssipone ortum fuisse suspicamur.

palmente na cozinha. En Coymbra na sacristia. En Lisboa en acompanhar os Padres, aiudar os enfermos... Marcial Beliarte. [IV, 163 bis]

1. Dicor *Marcos Jorge*. 2. Não sey beem minha idade, pareçe que serei de 36 ou 37 annos poco mais ou menos. 3. Sou de Portugal, da diocese de Coymbra... 14. Entrey aquy a Coymbra, et reçebeo-me ho P. Luis da Graã, que he provinçial agora do Brasil... 16. Ha treze annos, os quais se acabarão a 15 de Março que passou de 1561... 22. Sou sacerdote. 23. Estiue aqui en Coimbra logo ao principio que entrey em officios, et conualescendo de huna doença grande que trouxe de perigrinação; despois estiue em São Fins ouuiendo ho curso; depois aqui outra uez estudando; depois em Euora lendo casos de conscientia, depois aqui lendo ho curso das artes: tãobem estiue em Lisboa por uezes, mas por poco tempo... [*Sch.*] 7. Antes dentrar na Companhia tynha grao de bacharel em canones, et depois dentrar, de mestre em artes. [IV, 108-110]

1. *Martín Alberro*. 2. De treinta y quatro anños... 3. Del reyno de Nauarra, del obispado de Bajona, archipresbyterado de Lerín, del lugar de Ituren... 10. Hasta los 10 años aprehendí de leer y screuir. Fuí dos meses pastor; dexé el ganado... tomóme mi tío clérigo, con el qual studié, escriuir y grammática, y en Alcalá oy de medianos y majores, y después en Pamplona rhetórica y griego, y canté missa, y después víneme á Valencia, adonde oy el curso de artes y quatro annos y medio de theología, siendo maestro de vnos hijos de un cauallero... 16. Cinco annos ha y va en seis... 17. 15 días, y quedé en la sacra passión y en vn exerçiçio amoroso, y más estoy inclinado al amor que á otro exerçiçio... 18. Tres peregrinaciones, 8 leguas fuí con el P. Manuel á Mula en peregrinación, andando en hospitales y pidiendo por amor de Dios, confessando y enseñando la doctrina christiana: antes de hazer los votos hize las probaciones que mandan las constituciones, y vna vez fuí á predicadores con un saico y un sombrero y con vna escudilla á pedir por amor de Dios. Mucha gente me conocieron... 22. De missa. 23. En Valençia, en Gandía, Murzia, en confessar, ayudar á bien morir, ir á la cárcel, y hazerlas allí algunas pláticas espirituales, y tratar en sus necesitades corporales y spirituales, y negoçios de pagar deudas, hazer paçes y lymosnero de casa, digo de Valencia; prefecto de la iglesia. [IV, 124-128]

1. Vocor *Martinus* a patre meo. 2. Natus annos 36. 3. Patria inferior germanus prouinciae leodiensis... 7. Priusquam me Societati darem, studiosus eram et louaniensis et coloniensis. 8. Difficultades his vltimis tribus annis in Societate habui maximas, propter varias me inuadentes tentationes; caeternum me Deo commendo et resigno, iuxta Societatis rationem, in omnibus.

9. Elapsi sunt 15 anni ex quo me Societati dedi, sed Societatis institutum non cognoscebam. Receptus sum a P. Leonardo, Coloniae... 11. Laicus fui, cum Societatem ingrederer, nulla habens beneficia. 15. Fui in collegio viennensi, romano, viennensi, pragensi, monachiensi, ingolstadiensi, aenipontano. 16. Probationes omnes Societatis feci exacte et saepius, excepto hospitali, quod tamen crebrius visitaui, et infirmorum confessiones, et qui detinentur in carcere, audiui. Exercitia spiritualia saepius feci. Peregrinatus sum in Flandriam vsque, absque viatico. Docui pueros triennio. Concionatus sum et confessiones audiui decennium. Promotus sum Viennae, et factus sum artium magister ante octo annos. Cupio ex animo perseuerare in Societate. Tota vita mea operam dedi literis, licet parum vel nihil profecerim. Puto me adhuc studere posse in theologia. Valeo memoria extemporali. Parum in studijs profeci, quia magis deditus fui rebus pijs. Factus artium magister; iam nihili facio, siue vltra studeam, siue non. Me Christo commendo et Societati. Amen...—P. Martinus. [IV, 151]

1. *Martinus Florentius*. 2. Natus sum annos 25. 3. Natione hollandus, patria amstelredammensis... 5. Sunt anni quatuor, in collegio coloniensi, in provincia Rheni, et tunc fui examinatus... 14. Dei gratia sum sacerdos. 15. In nullo nisi in hoc coloniensi collegio... 17. Concionatus sum fere per annum, et per dimidium annum audivi confessiones puerorum... Promotus sum in facultate artium Coloniae. Ante ingressum Societatis Lovanij studui philosophiae per sesquiannum, Lutetiae juri canonico et theologiae per medium annum, et deinde Coloniae per medium annum eisdem studijs dedi operam. Et tum dedi me Societati, in qua absolvi cursum philosophicum, quem Lovanij incoeperam, spatio unius anni et medij. Docui tantum in Societate grammaticam et syntaxim pro pueris fere per duos annos. [IV, 136]

1. *Maximilianus a Capella*. 2. Quadraginta et vnum. 3. Natus insulis vrbe Flandriae gallicantis, diocesis tornacensis... 7. Antequam Societatem ingrederetur, scholaris erat academiae louaniensis, artium magister, iuris ciuilis et canonici studiosus, cui operam dedit sesquiannum... 12. Anni sunt 19 (demptis quatuor mensibus) ex quibus in Societatem receptus est a Patre Petro Fabro Sabaudo, piae memoriae, Louanij, nullo prorsus preuio examine... 14. Sacerdos est. 15. Habitauit in Portugalia, Conymbricae et Lyssiponae; in Castella, Valesoleti, Compluti, Salmanticae, Methymnae Campi; in Flandria, postquam ex Hispania redijt, habitauit Louanij et Tornaci: nunc agit Treuiris. 16. Per medium annum, partim comitatus est Patrem Fabrum, diuersa itinera in Hispania facientem, partim domi seruiebat, ea faciens, quae a Patre Fabro et ab illo, qui tunc cum Patre erat, iniungebantur. Deinde Conymbricae per aliquot dies fui ianitor et refe-

ctorarius; Compluti per annum aut circiter fuit coquus et emptor. Peregrinatus est in paupertate mendicans ab vrbe Salmanticense vsque ad Dominam nostram de Guadelupe. 17. A tempore quo factus est sacerdos, hoc est, ab anno 1549, incubuit confessionibus audiendis; concionatus est aliquando in carceribus et in triremibus Lyssiponae. Item et ijs, qui ab haeresi conuersi, perpetuis adiudicati sunt carceribus. Item et cursum artium legit quinque aut sex fratribus nostris... 21. Numquam hactenus fuit examinatus, nisi semel in Hispania Methymnae Campi anno 1553 a Reuerentia tua [1], et bis confessus est generaliter, reddens rationem conscientiae suae. [*Sch.*] 6. Anno superiori theologiae doctor factus est Treuiris. [*Mag.*] 1. Semel docuit curriculum artium, sed domesticos tantum, idque ante annos nouem. Tornaci in aede maiori D. Mariae spacio quinque aut sex mensium docuit publice epistolas D. Pauli, scilicet, duas ad Timotheum et vnam ad Titum. Treuiris per sesquiannum explicauit controuersias inter catholicos et hereticos. [IV, 161, 162, 166, 167]

1. Vocor *Melchior Pichler*. 2. Annos natus sum (si bene memini) 23. 3. Germanus, ex comitatu Tyrolensi, patria vero Sterzingen oriundus... 7. Ante ingressum egi studiosum in uniuersitate dilingana et ingolstadiensi. 12. Tres sunt anni et aliquot menses, ex quo in Societatem receptus sum; receptus autem Ingolstadij; verum statim Pragam missus, ubi etiam a Rdo. Patre prouinciali examinatus fui... 14. Suscepi quatuor minores ordines. 15. Fui, ex quo Societatem ingressus sum, Pragae et Viennae. Docui in schola infima alphabetum et doctrinam christianam per 6 menses. Legi praeterea in classe humanitatis Pragae per 4 menses. [IV, 197]

1. Vocor *Michaël Marius*. 2. Attigi 31 vel 32 annum, quantum colligere possum. 3. Natione germanus, prouincia bauarus eychstetensis... 12. Versor nunc in Societate ab anno M. D. L. V, a Rdo. Patre Lanoio in collegio viennensj in Austria receptus, praemisso examine generali. 14. Promotus in diaconum ante 18 menses. 15. Fuj in viennensi collegio, romano, monachiensi, et nunc versor in ingolstadiensi. 16. Exercitia spiritualia ter feci. Docui pueros per aliquot annos, circiter quatuor. Fui subminister et minister in hoc collegio et monachiensi ab hinc tribus annis, ex quo videlicet veni ex urbe. [*Sch.*] 1. Exprofesso nullis studijs ab ingressu Societatis incubuj, praeter vnum annum Romae, vbj dialecticam audiuj. [IV, 226, 227]

1. *Michaël Notes*. 2. 21 aut 22. 3. Cameraci natus, siue cameracensis... 7. Medicinam et pharmacopoleam artem sequebar, in eaque tres annos versatus sum... 12. Duos annos et dimidiatum. A Patre Polanco et etiam Natali Romae, et examinatus fui.

---

[1] Supra haec verba additum est ab ipso Capella: *id est, a Natali*.

14. Neque sacerdos, neque ad vllum ordinem promotus. 15. Roma et Monachij. [*Mag.*] 1. Syntaxim latinam, grammaticam graecam et Laelium, siue de amicitia librum, abhinc tres aut quatuor menses. [*Sch.*] 1. Antequam ingrederer Societatem, tam Cameraci quam Lovanii, quinque fortassis annos operam dedi studijs humanitatis et philosophiae; postquam sum ingressus, humanitati tantum et rhetoricae duos annos et plus. [IV, 279, 280]

1. *Michaël Spes*. 2. Vigintinovem. 3. Hispanus, aragonensis et caesaraugustanus. 4. An superstites habeat parentes. Habet. 5. Respondet esse diuites, si rationem sui status consideremus: quippe cum nec illustrem vitam degant, nec omnino vulgarem, sine ullo rei domesticae nocumento aliquot milia aureorum possent expendere. 6. Habere quidem fratres et sorores; sed de sororibus nihil posse certi referre, praeterquam illas non esse pauperes; verum an pro ratione sui status abundent, dubitat, quia de suis maritis multa diuersa audiuit; alij enim dicunt illos pecuniosos, alij secus. Caeterum hoc unum scit illos esse nobili genere natos. Porro, de fratribus, duos habere, alterum religiosum, alterum saecularem, et hunc futurum ditiorem suo patre, quia quaedam iam peculiaria possidet, et subinde etiam successurus est in bonis paternis. 7. Nullam certam adhuc tunc statuisse, sed venisse ex Hispania, ut in familia Rev.mi cardinalis de la Cueva esset, qui illum velut filium adoptivum in Hispania futurum esse voluit. Porro suassu cuius[dam] nobilis viri neglexit cardinalem, cui nec literas paternas dedit, et subinde egit Romae per annum quamdam causam eiusdem nobilis viri apud auditores Rotae... 12. Se jam egisse ferme decem annos in Societate fuisseque receptum Romae in domo professorum, sive, ut aiunt, probationis... 14. Se ingressum fuisse Societatem laicum, sola prima tonsura insignitum; in Societate vero promotum esse ad sacerdotium ante annos (si recte meminit) quatuor. 15. Breui tempore in multis fuisse, sed diutius egisse in quatuor. In panormitano tribus annis, duobus in nouitiatu et reliquum temporis in collegio syracusano octo vel decem mensibus; in romano ultra annum, si numerandi sunt aliquot menses quibus fuit Tyburi; in genuensi ferme tribus annis; in amerino uno anno. Concionatus est etiam ab eo tempore, quo erat novitius: caeterum serius his tribus ultimis annis; siquidem alias in carceribus et xenodochij tantum habebat conciones; his vero postremis annis illud ipsum interdum fecit, sed potissimum singulis diebus dominicis et alijs quibusdam diebus festis in publicis templis, tum Genuae, tum in summo templo Camerini, postremo Tyburi in nostro templo, et Ameriae etiam in nostro templo, et in summo eius civitatis templo. [IV, 252-256]

1. Chamo-me *Nicolao Gracida*. 2. Sou de uinte e dous annos. 3. Da cidade de Valença... 14. Recebeo-me o Padre Mirão

em Valença. 16. Auera noue annos e meyo... 22. Tenho ordens menores. 23. Despoys que fuy recibido em Valemça day a pouco uim a Coimbra, omde amdey em officios: estudey latim e artes, e leo agora, tirando hum anno que li em Lisboa a primeyra. [IV, 326-338]

1. Vocor *Nicolaus,* cognomento *Salius.* 2. Sum natus annorum octodecim, qui plene complebuntur in proximo festo sancti Nicolai. 3. Sum natione bohemus, prouintia Bohemia, patria Praga... Non sum sacerdos, nec etiam aliquem ordinem ecclesiasticum suscepi. Ut sum ingressus, sunt uigintinouem hebdomadae in die S. Ursulae uirginis, mense Octobri. Receptus sum a Rdo. Patre rectore Henrico Blysemio hic Pragae, in hoc collegio. 15. Fui solum in scholis pragensibus... 16. Haueo uota Societatis, suntque uiginti sex hebdomadae, ut in festo S. Katharinae emisi. [*Sch.*] 1. Dico hic quod per octo annos operam studijs impendi statim a constitutione huius collegij pragensis, et grammaticam latinam, graecam et ex parte hebraicam audiui. Praeterea rhetoricam auctoris ad Herennium, et dialecticam Titelmanni, et primam partem sphaerae Joanis de Sacro Busto. Has lectiones in hoc collegio audiui antequam ingressus sum Societatem. Postquam uero ingressus sum, dialecticae quasdam maximas et Porphyrij medium librum de praedicabilibus percepi. [IV, 329, 334]

1. Llámome *Paulo Hernandes.* 2. De hedad de 38 años, poco más ó menos. 3. Del reyno de Galizia y obispado de Orense, natural... 9. Era estudiante en Salamanca, theólogo quando entré en la Compañía... 14. Fuí resceuido en Salamanca por el doctor Torres, prouincial de Portugal, que entonces era rector en aquel collegio. 15. De los bienes que tenía en el siglo consulté al P. Nadal, quando vino la primera vez á España, y le dixe el intento y obligación que tenía en la distribución dellos, y lo aprouó y confirmó; y, conforme á aquello, están distribuidos. 16. Ha diez años que entré en la Compañía... 22. Soy sacerdote ordenado de missa. 23. He estado en Salamanca, Seuilla, Monterey, Orense, Valladolid, Medina, Placencia, Murcia; y en todas estas he predicado, confessado, y en Monterey, Orense, Murcia leydo casos de conscientia; y en algunas partes tenido cargo de la casa, como aora en Murçia. [IV, 361, 362]

Pedro Díaz. 2.° De 35 años. 3.° Portugués, de Lisboa. 14.° Fuí recebido por el Padre M.° Simón en Coimbra... 16.° En Março de 48 años... 22.° Soi sacerdote... 23.° Antes de hir á Roma fuí enfermero, y tuve otros officios en este collegio, S. Fins y Lixboa. Estuue en Roma passante de un año y medio: fuí sacrestán, sotoministro y confessor. En Portugal estuue en San Fins cinco ó seis años: ha quasi tres años que soi procurador en este collegio. [IV, 406]

1. *Petrus Haupt,* coloniensis. 2. Triginta tres. 3. Germa-

nus sum natione, patria coloniensis... 7. Egi mercatorem aliquot annis; sed cum diuersitas fidei mihi saepe interiora mea moueret, Tarpati (quae est postrema ciuitas Liuoniae, quo mercaturae gratia eram profectus) operam coepi dare literis iam grandaeuus, licet aliquo modo latine loquens ex consuetudine, quia puer studueram aliquantulum... 12. Puto me terminos vndecimi anni attigisse, ex quo ad Societatem peruenerim. Et licet quidem me Rdus. P. Leonardus Romam miserit, tamen nondum feceram votum, neque eram absolute eius sententiae, ut ingrederer. Sed humanitate Rdi. P. Jacobi, nunc praepositi nostri, victus, pollicitus sum illi Florentiae, ubi 15 dies commoratus sum, me velle Romae Societatem ingredi, id quod factum est. Fui autem tunc temporis etiam examinatus, et mansi per medium annum in domo Societatis, propterea quod eram proximò Septembri in Germaniam mittendus... 14. Sum sacerdos. 15. Roma missus sum Viennam, ubi quasi per triennium egi: Vienna Coloniam profectus sum: Colonia iterum Romam, ubi iam fere per annum egi. Inde propter valetudinem missus sum Oënipontum... 17. Docui fere semper Coloniae, et habui quamdam generalem curam agendi cum ciuibus et hominibus externis, et si quid maioris momenti pro collegio erat procurandum, etiam haberi curaui. Sicut etiam Romae collegii nostri praeeram comitiis habendis in vniuersitate in creatione magistrorum, licentiatus et doctor [?]. In viennensi collegio varia habui officia; nihil enim defuit ibi laboris, cum pauci essemus... 21. Romae quidem, ubi etiam generalem feci confessionem Rdo. Patri Madridio totius temporis, quo fui in Societate, sed Coloniae nihil horum meo tempore fuit observatum... [*Sch.*] 1. A puero usque ad decimum quintum annum studiis humanioribus operam dedi. Postea factus mercator per quatuor quasi annos, relicta mercatura, duobus annis iterum studui antequam Societatem ingrederer. Potissimum operam consumpsi in rhetoricis. Cursum etiam docui, sed non licuit, tum per valetudinem, tum per domestica negotia, expedire. Itaque, relicta naturali philosophia, quinque libros ethicorum explicabam, et deinde reliquum tempus in Cicerone traduxi. Quamquam semper fere vnam Coloniae lectionem haberem in theologicis, Romae etiam theologiae auditor fui... 6. Magister artium sum Coloniae promotus...—Petrus Haupt, coloniensis. [IV, 472, 482]

1. *Pero Luys Beuther*. 2. De 23 años. 3. De la ciudad de Valençia. 14. Recibióme el P. M. Miguel Gouierno en Valençia. 16. Seys años... 22. Prima tonsura. 23. En Valençia, *partim* andando en oficios, *partim* començando á estudiar griego y hebrayco... En Cuenca y Alcalá de passada. En Medina del Campo ley un mes de gramática... En Salamanca: ay estuve enfermo. En Monterrey enfermo, y letor de la que allá llaman primera

classe... En Coymbra estudié el curso poco menos de un año y 9 meses: ley en la 10.ª y en la 6.ª: agora oygo theulugía. En Lysboa, camino de la India. [IV, 399, 402]

1.º *Pedro Martínez.* 2.º 25 años. 3. De Castilla la Nueua y de Cuenca... 14. Fuí recebido por el P. Villanueua y en Alcalá... 16. 9 años... 22. Soy sacerdote. 23. En 3 partes: en Alcalá estudiando, en Plasencia con la portaría, sacristía y otros officios semejantes, en Ocaña conffessando... [*Sch*]. 1.º 14 años. Artes y theología en la Compañía en Alcalá de Henares por spacio de 9 annos... [IV, 426, 431]

1. Llámome *Pedro Nauarro.* 2. Soy de más de quarenta y dos años. 3. Soy de la prouincia de Aragón, y natural de Çaragoça... 7. Quando entré en la Compañía era sacerdote, y studiaba philosophía en Salamanca... 14. Fuí recebido del Padre doctor Torres en Salamanca... 16. Doze años y medio a que entré en la Compañía: más a de diez años que hize los uotos... Yo estuue en Salamanca en nuestro collegio más de dos años. Oy vn poco más de vn año theología: de allí me embiaron á Gandía, donde fuí ministro, y leí grammática vn poco de tiempo, y enseñé la doctrina, y confessé. A cabo de dos años me embiaron á Córdoua, donde fuí ministro y praefecto de los studios, y confessaba, y enseñé la doctrina á los de vna classe de medianos: á Granada al principio de la fundaçión, y tuue vn año cargo della, y oy vn otro año theología en esta vniuersidad, y después fuí ministro vn año, y á cabo de dos años me tornaron á hazer ministro, que va para tres años: en este tiempo, demás de lo de la casa, me e ocupado en confessar á hombres y mugeres. [IV, 532]

1. *Pedro Parra.* 2. Que tengo 42 años. 3. Que soy del obispado de Cuenca, de la prouincia de Castilla, de vna villa que se dize Iniesta... Fuí recebido del Padre Maestro Mirón en Valencia... 16. Aurá onze años y cinco meses que entré en la Compañía... 22. Antes que entrase en la Compañía tenía órdenes de saçerdote. 23. Sólo he estado en Gandía y en este collegio de Valencia, donde creo he pasado por todos los officios desde cozinero hasta rector indignissimo... [IV, 474, 480]

1. *Pedro Ruiz.* 2. 34 años poco más ó menos. 3. Obispado de Palencia. Soy de Oliveras en Castilla... 14. Avrá seis años, poco más ó menos, que entré en la Compañía... Entré en Alcalá: recibióme el P. Manuel... 22. Soi sacerdote. 23. Estuve en Alcalá asta ocho días; en Simancas occupado en cosas de por casa; en Plasencia leiendo; en Burgos leiendo; en Monterei leiendo. [IV, 413, 522]

1. *Pero Ruiz de Vernuy.* 2. De veinte y siete años y medio. 3. de la provincia de Castilla la vieja de la ciudad de Burgos... 14. Fuí recebido por el Padre provincial doctor Araoz en el collegio de Salamanca, siendo rector el Padre Juan Juárez... 16. Ha

siete años y medio... 22. Soy de epístola. 23. En Symancas y Salamanca el primer año y medio, en cosas de novicio; lo demás he estudiado artes y theología. [IV, 552, 555]

1. *Petrus Sylvius*... 2. Viginti nouem... 3. Inferioris Germaniae, prouinciae flandricae, episcopatus cameracensis, pagi nomine Hautem Sancti Leuini inter Gandauum et Alostum, vicinioris tamen Alosto... 14. Sacerdos... Magister artium et baccalaureus theologiae formatus... [*Mag.*] 1. Quid legant. 1. Demonstrationes et libros de anima; duos annos cursum, tres grammaticam, unum rhetoricam.

[*Alterum ejusdem Sylvii examen.*] Anno 1567 die 8 Aprilis Treveris. 1. *Petrus Sylvius*. 2. Triginta trium, 33, annorum aut tot propediem futurus. 3. Flander. Alostanus Sancto Liuino hautemius... 12. In Societatem receptus anni lapsi sunt quatuordecim, plus minus, ni fallitur, in Brabantia, louaniensi domo tunc, nunc collegio: nec tunc quidem examinatus, sed post annum Romae... 15. In louaniensi, romano, florentino, tyburtino, pragensi, ingolstadiensi, coloniensi olim, iam treuirensi degit... 17. Adfuit Rdo. Patri Laynez, scriptor et cubicularius et indiuiduus comes, Florentiae per quinque menses; Romae etiam per aliquot menses unus ex scriptoribus cubiculi Patris Polanci cum Guthero [?] [1] et Joanne Philippo... Promotus est ante Societatis ingressum quidem, Louanij magister: in Societate vero Ingolstadij sacrae theologiae baccalaureus biblicus: Coloniae setentiarius et formatus: Treuiris licentiatus et doctor. Literis operam dedit flandricis et latinis; graecarum etiam et hebraearum initiis (praeter cursum philosophicum) patrijs quidem illis ab anno aetatis 7.° aut 8 usque ad 11.m, latinis per annos quatuor, graecis et hebraicis sex mensibus: theologiae fere anno et hactenus quidem ante Societatem publicae fidei scholis et praeceptoribus usus, tum doctissimis et honestissimis, tum Sylvij amantissimis, in pagis Alosti, Lovanij; in Societate ex professo vix unquam quid didicit, nisi theologiam Ingolstadij duobus forte annis. Romae quidem coepit cursum theologicum primum sub P. Olauio; sed post mensem aut circiter in morbum incidit, qui studium et operam discendi abrupit. Pragae, Coloniae, Treuiris disputaui et respondi: alioqui ex instituto lectiones fere nullas audiuit, nisi aliquot graecas et hebreas et mathematicas aliud agendo Ingolstadij. Docuit extra Societatem Lovanij dimidiato anno in philosophia priuatim; in eadem etiam interdum nomine ordinariorum rogatus publice nonnumquam et in grammaticis. In Societate vero docuit rudimenta prima latina: primam partem Despauterij, eiusdem syntaxim et versificatoriam (si versificatoriae satis meminit), Vergilium et aliquid rhetorices; sed haec proxima duo nostros domi Ingolsta-

---

[1] Obscure exaratum.

dij, etc.: initia graecae linguae Louanij, hebreae Treuiris; cursum artium bis: semel Coloniae, semel Treuiris; sphaeram, astrolabium; Esaiam a capite 25 usque ad finem, Mattheum, Petri priorem, initium epistolae ad romanos; rationem administrandi sacramenti poenitentiae ex P. Polanco; Institutionem sacerdotum R. D. Petri a Soto [1], in qua etiam num versatur. Ex quo theologica docere coepit (docuit autem fere assidue) iam tertius annus est. Praeter iam comprehensa, vel studiorum vel probationum nomine, fuit studiorum et rerum spiritualium praefectus, sindicus, consultor, admonitoris rectoris officio fungi iussus; praefectus linguae germanicae aliquando, et alijs alia facere iussus est, ut fit. [IV, 420, 543]

1. Vocor *Philippus Jacobus Widmanstadius*. 2. Natus sum annos viginti duos. 3. Germanus, sueuus, nelligensis... 12. Septennium praeterijt, quo in Societatem receptus sum Viennae Austriae, in aliquibus tunc examinatus... 14. Quatuor minores ordines habeo. 15. In solo hoc viennensi collegio fui... 18. Vota feci Societatis anno 57.° in festo sancti Michaëlis. [*Sch.*] 1. Antequam Societatem ingressus sum, a puero literis operam dedi, nunc privatim in domo fraterna, nunc in publicis scholis, licet praesertim Dilingae fuerim negligens, et postea aliquando propter tumultus excitatos et domestica negotia sum avocatus. Post ingressum Societatis in humanioribus et rhetoricis (quibuscum simul dialectica nobis praelecta est) et graecis triennium consumpsi; deinde biennio mansi, et praeterito anno rhetoricam legi. [*Mag.*] 1. Nunc lego secundum posteriorum Aristotelis. Hic autem secundus annus est, in quo docendi munus obire coepi. [II, 99-101]

1. *Raphaël Texeda*. 2. De cerca de 29 años. 3. De Castilla y Plazentia... 14. Por el P. Maestro Andrés y el P. Mirón... 16. 13 años... 22. Menores. 23. En Gandía, Valentia, Valladolid, Salamanca, Alcalá, en officios. En Coimbra, parte en officios: después estudié 7 ó 8 meses. En Évora ley tres años y en Lisboa dos años. [IV, 566]

1. Vocor *Richardus Story*. 2. Natus arbitror circiter annos XVI vel octodecim. 3. Ex Anglia; prouintiam ignoro, ex patria Salisburiense... 12. A duobus transactis annis sum receptus in Societatem; in prouincia Flandriae, in collegio tornacensi, et examinatus... 14. Sacerdos non sum, neque ad nullum ecclesiasticum ordinem promotus. 15. In collegijs fui tornacense, louaniense, coloniense, moguntinense, dilingano, monachiensi et Ingolstadij maneo. 11. Tornaci per annum cum dimidio fere in probatione fui, et hic Ingolstadij per medium annum... 13. Vota non feci Societatis, neque ulla alia habeo. [IV, 598]

---

[1] Confuse scriptum.

Scripsi ad eundem P. Natalem, hoc quidem tempore non conuenire uideri, ut, quemadmodum cardinalis postulat, uel Augustae quidam e nostris catechismum germanice doceat, uel Dilingae concionatorem agat ordinarium. De utroque aget ille coram fusius sicut et de typographia dilingensi... Nam ualde perturbatus est huius ecclesiae status, ob uarios clericorum excessus, et desunt medici his grauissimis et inueteratis morbis, ut plena excommunicationum et irregularitatum omnia uideantur. Qua de

---

[1] Ex archetypo, in *Epist. Canisii*, I, duplici fol. 124 (363, 364).

re nouerit plura dicere P. Natalis... Miramur M. Theobaldum nondum ad nostros Oenipontum esse profectum, nisi nunc fortasse eo peruenit, de quo scripsi meam ad P. Natalem sententiam [1]...

Nouit et P. Natalis de statu huius ecclesiae [herbipolensis] et loci propositi conditione satis, ut sane uerendum sit ne graues nobis molestias adferat hoc collegium... Nam didicit satis P. Natalis quanta personarum penuria, praesertim in scholis, laboremus, nec sumptus quidem deesse si numerus augeatur... Haec tantum indico, ut maior sit occasio P. Natali rem totam proponendi, et non solum huic domui, sed etiam prouinciae nostrae consulendi mutatione capitis, siue prouincialis.

XXVIII

OTTO TRUCHSESS DE WALDBURG

cardinalis augustanus

PATRI JACOBO LAINEZ

Placentiae, 24 Decembris 1563 [2].

De contractu fundationis collegii dilingani: de socio itineris sui.

Molto Rdo. in Xpo. fratello. Riceuei la lettera di V. P. R., lassata in Trento alla sua partita, insieme col contratto sopra il collegio di Dilinga, sicome le harà scritto il P. Aluigi. Et, se bene mi sarebbe stato di grandissima contentezza di ritrouar' quiui V. P. et il P. Salmerone, nondimeno mi so compiaciuto del' amoreuoleza mostratami, considerato che l' hauer' sollicitato così il partire, non sarà nato si non da cagioni di momento, come ho creduto. Et se io non ho dato prima che hora risposta alla detta sua lettera, attribuischilo alla molestia et fastidio che si sogliono patir' in simili uiaggi. Quanto all' instrumento per detto collegio dalla parte nostra, sicome fu stabilito et stipulato, così fu poi scritto et autenticato. Resta che il signor Dio mi conceda potere di potere eseguire quanto è il mio desiderio in questa santa opera, come lo prego di core, solo per far' conoscere la prontezza mia uerso il culto di Dio et l' honore della sua santa Compagnia. Con che mi raccomando a lei, salutando il P. Francesco Borgia et il P. Salmerone, a' quali la maestà diuina conceda in queste sante feste ogni sorte di contento.

V. P. R. ha da sapere che io non ho mai hauuto pensiero, non che disegno, di hauer' con me il vescouo d' Aliffe per Spagna, onde di nouo torno a pregarla di quietarsi del P. Aluigi,

---

[1] Vide epist. 320, n. 10; et 325, n. 3.
[2] Ex archetypo, in *Cod. 38*, duplici fol., 94 (42).

essendo che speramo in breue tempo, con la gratia di Dio, esser' ritornati in Italia, et io restarò con obligo a lei et a tutta la Compagnia. Di Piacenza, li XXIIII di X.bre M. D. LXIII. Di V. P. R. affetionatisimo in Xpo. fratello,

Il cardinal d' Augusta.

Io li darò di nouo ordine che siano pagati al P. Canisio per conto del collegio li 400 ▽, quali mi meruiglio che tardino tanto [1].

Inscriptio in quarta pagina: Al molto Rdo. in Xpo. fratello, il P. Jacobo Laynetz, proposito [*sic*] generale della Compagnia del Jesù. In Roma.

XXIX

B. PETRUS CANISIUS

PATRI JACOBO LAINEZ

Augustae, 24 Decembris 1563 [2].

Difficultates in collegio dilingano post Natalis discessum exortae.

...Quod ad collegium dilingense attinet, piget semper ingratum adferre nuncium. Humiliat nos Dominus ut arbitror circa collegii huius principia, quae ab initio quidem laete surgebant cum adesset et praeesset fratribus P. Natalis. Postea sequutae sunt uariae difficultates... *Exponit hic difficultates ex variis magistris collegii obortas, et haec addit:* Ego hactenus prohibeor bonos fratres inuisere, quos utinam consolari et in officio confirmare possem. Inuidet haud dubie Sathan huic collegio, quod non mediocres nobis in Christo progressus pollicetur, cum augeatur magis ac magis numerus scholasticorum... Igitur maiorem in modum expectamus et rogamus, ut plures huc fratres mittantur cum bono rectore, utque certo intelligamus quid P. Natalis impetrauerit a cardinale, praesertim circa gymnasii gubernationem, et conuenientem nostris mutationem, quemadmodum ille nobis in discessu promittere uidebatur... Non dicam de aliis collegiis, quae utinam aliquam acciperent in praeceptoribus mutationem... Verum de his coram exponet P. Natalis pro sua prudentia et nostra necessitate... Hermannus Nouesianus a D. Lamberto mittitur ad nos et P. Natalem Moguntia. Fuit ille carthusianus multis mensibus, adolescens 22 annorum, qui plane ad nostram Societatem aspirat, sed in ea nihil exercitatus. Unde consultum nobis uisum non est illum ad P. Natalem, uel in Italiam

---

[1] Haec ultima paragraphus cum subscriptione epistolae sunt autographa. Vide append., VI, XXIV et XXV; et epist. 311, 316, 322, 327, 329, 334 et 337.

[2] Ex archetypo, in *Epist. Canisii*, I, triplici fol. 125 (365, 366, 367).

mittere. Tradentur illi quaedam ex nostris meditationibus spirituales, in quibus illum cognoscamus exactius. Postea scribemus de illo quid uideatur... Dominus nouum et foelicem annum R. P. T., Patri Natali, Patri Polanco et reliquis largiatur... Pridie Natiuitatis Dominicae 1563.

XXX

P. JOANNES SUAREZ

PATRI JACOBO LAINEZ

25 Decembris 1563 [1].

De instructionibus Patris Natalis in praxim reducendis.

... El orden de los officios de la semana santa y de la fiesta de la Circuncisión, que vino con la de 30 de Agosto, se embió luego á Valladolid, y se va embiando á todas partes como se offrecen los mensageros. Tanto deseo yo que se haga todo conforme á lo que el P. M.° Nadal dexó ordenado, y espero que estando V. P. en Roma, nos ayudará con la diuina gracia más para todo.

El P. M.° Nadal dexó escrito, que las cosas que esta visita dexaua en todas partes no se dixessen reglas, sino auisos; y añadió [2]: «pero ninguno los mude sino yo ó el general. Item, el comissario y prouinciales executen, y si ocurriere dificultad, consulten luego á mí ó al general. *Prouinciales non pendeant a commissario, nisi in his, quae ipsis praescripta erunt a Natali vel generali.*»

Acerca desto se ha dudado sy estos scriptos del P. Nadal, que él llama auisos immutables [3], tengo yo de tener por significación del parecer y voluntad de mi superior y regla del proprio, ó por auiso de lo que en tales cosas suele ser conueniente ó inconueniente; y mirado esto con las demás cosas, hazer lo que me pareciere mejor [4].

2.° Si en la interpretación, dispensación, ó epiichia de las bullas, constitutiones, reglas, decretos, respuestas de V. P. al tiempo de la congregación, y destos auisos del P. M.° Nadal

---

[1] Ex autographo, in *Cod. 28 c)*, duplici fol., 198, 199. Haec eadem fere scripsit idem P. Suarez 15 Maji anno 1564. Vide *Hisp. Epist.*, VI (a), fol. 354.

[2] Ms., *añidió.*

[3] *Immutabiles* suas instructiones non dixit Natalis. Vide illius verba in append., XXXI.

[4] Manu Polanci ad calcem haec habetur responsio: *No hay cosas immutables; y, si consultando con sus consultores vey que no sale bien, dexen los auisos y consulten.*

tengo de tener el juizio del P. comissario por regla del proprio, *hoc enim nondum mihi praescriptum est a Natali nec generali.*

Vltimo, si, mirado con deseo de acertar, no puedo entender que lo que entiendo del P. doctor Araoz es conforme á lo que entiendo de nuestro P. Ignacio, de V. P. y del P. M.° Nadal, según lo que con él traté y leo en estas dichas scripturas, quál destas dos reglas seguiré? La razón de dudar es, porque parece que el P. M.° Nadal reseruó esto para sy y para V. P., y no dió esta comissión al P. D. Araoz. Por otra parte, tener por regla ó intérprete de todo á la voz viua que está presente, ó más cerca, parece conuiene más para que acá aya más paz y más vnión, y para no ocupar á V. P. con consulta de tantas cosas, y muchas dellas menudas. Deseo mucho saber la voluntad de N. P. en esto... [1].

XXXI

EXCERPTUM EX INSTRUCTIONIBUS PATRIS NATALIS [2].

Quod dictum est a commissario generali Hieronymo Natali, ac executioni datum fuerit, non mutabunt prouinciales seu commissarii, Patre Nostro generali inconsulto. Quod autem ad reliqua spectat, quae ipse disposuit, quaeque in usu adhuc non sint, curent ut ea dentur executioni: nisi occurret eis aliquid de consilio suorum consiliariorum, unde pleno iudicio censerent rei alicuius executionem esse suspendendam; tunc enim poterit ea lege illius rei executionem suspendere, si de re tota, quamprimum fieri queat, R. P. N. generalem reddant certiorem.

---

[1] Responsio Polanci in margine: *Véase lo que dize el P. Nadal: mas* in genere *parece que deue seguir la orden que entiende del general y P. Nadal. Si otra cosa le ordena el comissario en particular, la haga, siendo informado del orden del P. Nadal le dize otro: puede en tanto scriuírsele como á Valderrábano.*

[2] Ex *Cod.* 7, fol. 2 r, inter instructiones a Natali traditas commissario Galliae, «quae poterit accommodari, non solum commissariis, sed provincialibus etiam». Vide *Epist. Natal.*, I, XXX. Haec eadem instructio provincialibus Hispaniae data fuisse videtur, ex iis, quae P. Suarez dicit supra, append., XXX.

XXXII

EXCERPTA

EX CODICE «S. J. HISTORICA»

Anno 1564 [1].

P. Natalis Romam ex Germania redux: ejus officia in urbe.

1. Rediens P. Laynez generalis Tridento cum comitibus P. Salmerone, Natali et Polanco, absoluto concilio, cum Patauii et Veneciis festis natalitiis concionatus esset, ibique, duce vrgente, Patrem Salmeronem reliquisset, cumque Ferrariae, Bononiae, Foroliuii, Laureti, Camerini et Ameriae nostros visitatione, populos suis et comitum concionibus iuuisset, 12 Februarii Romam peruenit...

4. Eidem Patri Francisco cura 5 prouinciarum Hispaniae; Patri Natali, superioris Germaniae et Austriae; Patri Madridio, Italiae ac Siciliae; Patri Polanco Galliae, inferioris Germaniae, Brassiliae ac Indiae, a Patre generali committitur.

5. Eodem tempore, Patri Natali superintendentia collegii romani; Madridio, domus; Polanco, collegii germanici imposita est; Patri vero Francisco, Ameriae, Tyburis ac Frascatae: et alia ad domus gubernationem pertinentia sunt constituta.

XXXIII

B. PETRUS CANISIUS

PATRI JACOBO LAINEZ

Dilingae, 15 Januarii 1564 [2].

De rebus collegii dilingensis.

Verum de modo eundem Christophorum remittendi nondum est deliberatum; scribit [3] ipse mentem suam, quae utinam recte haberet una cum corpore. Scribit et rector et D. Torres de illo ipso. Id affirmare possum de me ac aliis, saepe nobis curae fuisse commendationem, quam Rda. P. T. et Pater comissarius de hoc magistro interposuerunt. Nos hic sumptus nihilo facimus, sed vicem boni fratris dolemus, qui iam coeperat in schola esse pergratus, et ad docendum valeret, si firmior esset valetudo... Opus est deinde rectore novo, et fortassis etiam ministro alio, quod neque prudentiam, neque gravitatem et authoritatem hic praeseferat P. Fischerus, ut vereamur illum huic muneri, et praesertim

---

[1] Ex Polanci autographo diario, in *Cod. 41,* fol. 141 (167).

[2] Ex apographo recenti non accurate exarato, in *Epist. Canisii,* I, 126.

[3] Ms., *scribis.*

apud tales fratres, aegre satisfacturum esse, sicut rectius etiam Pater commissarius potest iudicare, nam multis quidem partibus P. Rabenstain inferior esse videtur.

XXXIV

B. PETRUS CANISIUS

PATRI JACOBO LAINEZ

Augustae, 22 Januarii 1564 [1].

De variis collegiis et personis provinciae.

Non licuit mihi ultra biduum Ingolstadii morari. Huc non recurrendum fuit ob munus concionandi: spero autem post pascha praestari a me posse commodius, quae ad visitationem collegiorum spectant. Excurram tamen Monachium ante quadragesimam, ut audia[m] illic quoque fratres, qui nunc serius vota renovabunt, cum ante paucos menses idem fecerint, praesente illis Patre commissario. Acceperunt nunc Monachii missos ex Eniponto Patres P. Laurentium et P. Theobaldum, sicut constituit Reverenda Paternitas Tua.

Rector aenipontanus non parum angitur, quod sit orbatus praedictis Patribus, et maiorem in modum vrget [2], ut illi reddatur a monachiensibus P. Henricus, quem P. Natalis designavit coadiutorem P. Dominici, ad novitios Monachii rectius gubernandos. Idem rector subinde repetit secum incommodius agi Aeniponti, velut alibi possit sanius vivere, et est ille plus satis pusillanimis, anxius, meticulosus, suspiciosus, querulosus [3], necessarius tamen in eo loco, ut mihi quidem videtur. Explicabit P. Natalis facile quae ad collegium hoc pertinent... Quod ad rationes expensarum attinet, nihil opus est huc mittere pecuniam... Reliquam partem, si quid nobis exolvendum superest, libenter damus P. Natali ad libros coëmendos romano collegio...

XXXV

P. JOANNES DE POLANCO

ex commissione

PATRI NICOLAO LANOYO

Romae, 19 Februarii 1564 [4].

Natalis semper alacer in Germania juvanda.

... El P. M.ro Nadal senza esser solicitato è [5] da se stesso pron-

---

[1] Ex apographo recenti non sat accurato, in *Epist. Canisii,* I, 127.
[2] Apogr., *viget.*
[3] Apogr., *quarelosus.*
[4] Ex Regesto, *Cod. 33 e),* fol. 54.
[5] Ms., *et.*

tissimo per aiutare le prouincie di Germania, della quale gli è statta datta particular cura...

XXXVI

B. PETRUS CANISIUS

PATRI JACOBO LAINEZ

Dilingae, 14 Aprilis 1564 [1].

Iterum agimus gratias R. P. Tuae, et promotori nostro Patri Natali de missis huc fratribus.

XXXVII

P. JOANNES DE POLANCO

ex commissione

PATRI ANTONIO CORDESES

provinciali Aragoniae

Romae, 24 Aprilis 1564 [2].

De Antonio de Mora, nepote Patris Nadal.

Pax Xpi. Aquí uino de Mallorqua un sobrino del P. M.ro Natal, estando en Trento N. P. y en Alemagna el mesmo P. Natal, y él mostraua uenir como llamado de parte del P. Natal, porque hauía dicho alguno á los suyos que uiniesse á Roma, donde sería ayudado dal dicho Padre; mas entendimos no ser así, y que solamente hauía dicho de palabra el P. Natal, que si él tenía uoluntad de seguirle en el instituto de la Compañía, podía uenir, porque auía entendido que tenía buena habilidad, como es uerdad, y aunque nunca ha mostrado inclinatión ninguna alla relligión, todauía N. P. ordenó le tomassen en el collegio germánico, y le diessen commodidad de estudiar y de ayudarse en su spíritu, por uer si con algún tiempo que se le diesse, de suyo se enclinaría á la religión. Así ha estado como año y medio en el collegio germánico estudiando el curso de las artes, hasta que N. P.e es uenido á Roma y también el P.e Nadal, el qual le dió los exercitios hasta un cierto término para que se ayudasse en su spíritu, y también se determinasse quanto al estado de su uida; y uiéndole inclinado á seguir la uía commún ó secular, le dexó á su determinatión. Todauía no ha parecido conuenir ni á la razón ni

---

[1] Ex apographo recenti, in *Epist. Canisii*, I, 133.
[2] Ex Regesto, *Cod. 33 a)*, fol. 380 v. In margine: *Padre prouincial de Aragón*. Vide epist. 228, n. 10; 232, n. 7; et append., XXXIX.

al buen essemplo que deuen dar los de la Compañía que este mancebo se entretubiesse aquí más á la larga á costas della, y assí pareció se tornasse á embiar á Mallorqua. Él ha instado mucho que por algún tiempo todauía le tengan, y assí se ha hecho. Creo esperará alguna respuesta de Mallorqua de lo que abría escripto; y, porque podría ser que allá se entiendesse esta historia de otra manera, será bien que V. R. embíe la presente al rector de allí, para que esté enformado de lo que passa, y en lo demás encommiéndase á la charidad de V. R. el tener cuenta con aquel collegio... De Roma, li 24 di Aprile 1564.

XXXVIII

B. PETRUS CANISIUS

PATRI JACOBO LAINEZ

Augustae, 29 Aprilis 1564 [1].

Natalis curaturum se promisit ampliores dari facultates pro haereticorum reconciliatione in Germania: de PP. Schoritio, Pisa et Peltano.

...Scio episcopos hic multum ualere, sed destituuntur illi quoque facultate, quam aliis subpastoribus ad absoluendos haereticos largiantur. Vetus est haec querela, et optime nota Patri commissario, qui promisit aliquando se ratione quadam acturum, ut circa censuras ecclesiasticas cum germanis clementius ageretur, praesertim ut bonorum ministrorum, qui uolunt et possunt rem tutari catholicam, maior ratio in vrbe haberetur. Verum expectabimus iudicium R. T. et gratiam summi pastoris...

De P. Schorichio sic nobis uidetur, non posse illum facile Monachio dimoueri, nisi altero substituto concionatore: neque tamen satis conueniret, ut statim illuc rediret P. Martinus, ne tentationibus, quas antea propter rectorem et populum habuit, iterum subiiciatur, sicut rectius nouit Pater commissarius... Scripsi postremo Ingolstadii, me huc a D. Fuggera reuocatum esse, ut uisitando illi collegio non potuerim octo dies dare. Reliqui tamen fratres utcumque tranquillos et incolumes. Satisfeci etiam, ut potui, antiquae scholae professoribus, ut patienter expectent gratiam in autumno sequenti. Nouit sane Pater commissarius, post tot annos merito illis aliquid concedendum esse, ut ad maiora et ipsi studia transeant, et propius attingant, quae sunt nostri instituti... D. Pisam et D. Peltanum, inter quos saepe non optime conuenit, iterum studui conciliare, ut omnem rancoris et emulationis notam effugerent, neque alter aduersus alte-

---

[1] Ex archetypo, in *Epist. Canisii*, I, 134 (460, 461, 46[2]). Vide epist. 265, n. 9; 274, n. 7; et append., XI (a.

rum exciperet. Quae res non parum est molesta rectori, praesertim dum alter contra alterum se nimium tuètur, ut etiam fratres nonnumquam maiorem inter ipsos unionem desiderent. Sed est condonandum aliquid D. Theodoro ob naturam eius difficiliorem, qui rursus a me postulauit, ut sibi liceat tempore uacationum in patriam proficisci. Respondi sat esse temporis ad deliberandum, nihil nunc statui oportere. Video iter illi esse longum, fructum uero exiguum. Hactenus non se cognoscendum suis praebuit, neque adhuc praebere uult, quod sit huius instituti: quae res mihi non probatur, nec satisfacit adhuc in litteris, quas de abdicandis bonis conscribendas quidem curauit ex P. Natalis admonitione; sed poterat simplicius se omni iure bonorum suorum abdicare, si nostros in Germania inferiore procuratores faceret. Verum expectabo sententiam R. P. T., an quod saepe petiit, hoc iter illi in patriam sit concedendum.

XXXIX

P. JOANNES DE POLANCO

ex commissione

PATRI SIMONI RODRIGUEZ

Romae, 8 Maji 1564 [1].

Litterae commendatitiae Antonii de Mora, Natalis nepotis.

Pax Xpi., etc. Los que lleuan la presente son el P. Antonio León y Antonio de Mora, sobrino del P. M.ro Natal, el qual uino á Roma pensando de poder estudiar con el fauor de su tío, y assí N. P. le hizo recoger en el collegio germánico, hasta que, como tornamos de Trento, y el P. M.ro Natal uió que no tenía enclinatión á la relligión (que esto ingenuamente siempre él lo dixo), no le pareció que conuenía para el exemplo y edificatión de la Compañía que se estubiesse aquí este mancebo, como su sobrino, y así ha instado que le embíen con la benedictión de Dios. Acá le ayudamos para el camino con lo que hemos podido. Si algo más le fuere necessario realmente, se le podrá prestar, que lo haremos acá bueno... Di Roma, li 8 di Maggio 1564.

---

[1] Ex Regesto, *Cod. 33 a)*, fol. 387. In margine: *Génoua. P. Simón.* Vide epist. 228, n. 10; 232, n. 7; et append., XXXVII.

XL

B. PETRUS CANISIUS

PATRI JACOBO LAINEZ

Augustae, 8 Maji 1564 [1].

De libris haereticorum emendis.

... An liceat emere libros, qui sunt haereticorum autorum, in humanioribus, non tamen tractantes haeretica. P. Natalis uidebatur hic singularis opinionis esse, ut nos terruerit.

XLI

JOANNES FRANCISCUS COMMENDONUS

legatus apostolicus in Polonia

PATRI JOCOBO LAINEZ

Leopoli, 18 Octobris 1564 [2].

Societatis collegia in Polonia valde necessaria existimat.

Molto Rdo. in Christo Padre. Le lettere di V. P. R. di ix Settembre mi son capitate qui in Leopoli, doue, due di sono, io ritornai da un lungo et trauaglioso uiaggio, fatto per uisitare queste prouincie, che appena hanno sentito mai più ricordar pur il nome della sede apostolica. Hoggi ho mandata la lettera di V. P. al vescouo di Plosca, et accompagnatola con una mia di punti che la desidera d' intendere. Io ho detto al P. Balthasar quello che ne so et ne credo; del resto scriuerà il vescouo stesso. Quanto a me, io non nego di esser desiderosissimo di seruir alla Compagnia con tutto l' animo, et d' adoperarmi in tutto quello che posso, ma nego bene di meritar perciò alcuno ringratiamento. L' aiutar simili opere et in uniuersale la Compagnia, è aiutar tutta la chiesa, et noi stessi, nè per certo io ueggo in tanta desperatione delle cose ecclesiastice miglior rimedio, che i collegij della Compagnia: così se ne potessero piantare molto più in tutte le prouincie. Qui in Polonia douerebbono esser 7, ma 4 al meno sono necessarissimi: vn in Prussia, al quale si è già dato principio; un in Mazouia, che la P. V. ha già accettato; vno in Posnania, del quale il vescouo di Posnania mi ha dato ferma intentione; vno in Cracouia, per il quale uo tuttauia affaticandomi, per trouarci qualche forma et qualche uia, poichè la uia che ci doue-

[1] Ex autographo, in *Epist. Canisii*, I, 136 (47[4]), in post-scripto, ad calcem addito.

[2] Ex archetypo, in *Cod. 38*, duplici fol., 98 (347, 348). Vide epist, 313, n. 8; et 348.

rebbe esser si troua chiusa. Ma se andaremo al synodo et alla dieta del regno, questo, senza dubio, ha da esser un de miei principali pensieri; ma non so quello che sarà di noi. Nell' altra dieta le spese mi condussero a tal termine, che non me ne son potuto mai rihauere, massime aggiongendouisi i continoui uiaggi, fatti per uisitar le prouincie et scoprir li disordini et li bisogni, sapendo che, senza queste uisite, poco frutto possono far' li synodi, doue, a chi non sa et non ha ueduto, conuiene stare al detto d' altri. Questo, questo a me pare officio molto pertinente al carico ch' io hora tengo indegnamente, et non solo per rispetto delli synodi, ma in ogni tempo, purchè si uisitino le chiese con carità *et non turpis lucri causa, non cum imperio* [1]. Così gli nuncij sono quelle linee che tengono unita la circonferentia *orbis christiani* al centro della sede apostolica, et così si può rimediare a tempo che non sia seminata la zizania *in agro Domini,* opponendosi da principio, non dissimulando, o per negligentia, o per auaritia, o per ambitione, in gratia di principi et di popoli, et uendendo la religione et il seruitio di Dio per comperar dignità et ricchezze, *caelestibus terrena mercantes*. Et piaccia a Dio che, come da simili andamenti sono già procedute le presenti calamità, così tosto non se ne scoprino dell' altre. Dio ci ripari per sua misericordia.

Ho inteso con mio gran dispiacere come li dinari datimi da Monsignor Illmo. varmiense, da esser pagati costì a V. P. R., non erano ancora stati sborsati dal thesorier di S. S. et che al solito si stentaua molto ad hauerli, il che mi mette spesso in disordine, et tanto hora mai, che non so che partito pigliarmi. Nella passata dieta fui sforzato à scriuer costì, et sopplicar che mi si desse un poco di souentione, et mi è stata negata: hora uogliono che uada al altra dieta a tempo di guerra, et di peste, et di carestia grandissima. Io dall' una parte ueggo esser necessario che ui si troui alcuno che procuri che non si rouini quanto s' è fatto fin hora; dall' altra ueggo l' impossibità di partirmi di qua, non che di star fermamente alla dieta, se non mi si da souentione da pagar i debiti già fatti; et ueramente io dubito che mi conuerrà *parere necessitati;* onde pregho V. P. R. che me ne iscusi quando et doue vederà essere bisogno. Io non potrei esser più trauagliato: sento che gl' heretici uogliono metter ogni sforzo, anzi lo mettono tuttauia per far riuocar gl' editti fatti ultimamente contra gl' heretici, onde, se hauessi potuto, già mi sarei andato alla corte, per ouuiare a questo: ma che posso io fare? Al meno mandassero nuncij ricchi. Per carità la R. V. preghi Dio per noi, che in uero ne habbiamo molto bisogno. Alli Rdi. PP. Salmeron, Madrid, Pollanca et a tutti gl' altri Padri ch' io co-

---

[1] PETRI, I.ª, V, 2, 3.

gnosco, et non cognosco, mi racomando di core. Di Leopoli, all 18 d' Ottubre 1564.

De V. P. Rda. figliuolo in Christo,

IL VESCOUO COMMENDONE.

Inscriptio in quarta pagina: Al molto Rdo. P. M. [Jaco]mo Lainez, preposito generale della Compagnia di Iesù.

XLII

B. PETRUS CANISIUS

PATRI JACOBO LAINEZ

Augustae, 9 Decembris 1564 [1].

Saepe cogitavi profuturum esse provinciae nostrae, ac pluribus fortasse aliis, si R. P. T. mitteret R. P. Natalem, aut ejus loco alium commissarium generalem, propter varias ejus rei utilitates, quas non ignorat Reverenda Paternitas Tua, cujus quidem sacrificiis ac precibus Domino cupimus, praesertim circa Christi domini natalem, valde commendari.

XLIII

QUINQUE IMPERATORIS FILIAE

PATRI JACOBO LAINEZ

Merani, 16 Decembris 1564 [2].

Ne a Patribus Dirsio et Halpawer deserantur efflagitant.

Venerande in Christo domine, praecamur Tuae Dominationi et toti Societati gratiam aeternam. Non dubitamus quin sciat Dominatio Tua nos pestis tempore Oeniponto fugisse, et duos (exigentibus causis necessariis ac grauibus) ex Societate collegii oenipontani germanos concionatores et confessarios abduxisse cum serio mandato et iudicio domini locum tenentis atque totius austriaci regiminis, dominum rectorem Joannem Dirsium, ac dominum Hermetem, qui nobis et toti aulae, non solum concionando ac confessiones audiendo, sed etiam in multis aliis negotiis ne-

---

[1] Ex apographo recenti non accurate facto, in *Epist. Canisii*, I, 147 ter (299).

[2] Ex transumpto coaevo, Romam misso, in *Cod. 39*, duplici fol., 194 (278, 279). In antiquo tabulario, C, XX-38; item, XX-27. In summa ora primae paginae responsio haec Patris generalis, Polanci manu exarata, habetur: *Scriuere rimittendosi al Canisio che li parlerà, et che desideramo seruirle, et al Canisio che li dica come non li conuiene che stiano là quel li, etc.* Vide epist. 345, n. 5.

cessariis animarum salutis et totius ecclesiae christianae summo adiumento esse possunt, sicut etiam saepissime ex animo cupiuimus atque etiam nunc cupimus, et illis duobus optime contentae sumus. Hos duos nobiscum conduximus, ex animo confidentes et sperantes Tuam Reuerentiam nobis quinque sororibus nostram hanc filialem audaciam non male interpretaturam; quod sane fecimus tamquam semper optime propensae filiae T. D. ac Societatis uniuersae. Non dubitamus itaque hoc placiturum D. T., quae etiam paterne idem approbabit et confirmabit.

Quod autem iam scribamus ad D. T., causa est haec, quia timemus ne D. T. nobis hos duos supradictos aut alterum ex illis auferat et auocet, quod profecto nobis esset summopere ingratum ac contrarium, incommodissimeque accideret. Quapropter, venerande Pater ac domine, summo studio omnes iam et semper rogamus, confidentissime atque ex animo petimus T. D. ut nobis semper hos duos nominatos de Societate, nimirum Joannem Dirsium et Hermetem, relinquat nostros concionatores ac confessarios, ac in multis aliis rebus utiles operarios atque adiutores, sicut et hactenus omne refugium nostrum in rebus spiritualibus ad eos habuimus. Quod uero hos supra dictos duos petimus, causae urgentes et necessariae nos ad id mouent. Primo, quia iam ipsis assuetae sumus omnibus in rebus, quae ad animae salutem spectant. Tota etiam aula eis ita est addicta et adheret, ut eorum opera carere nollet. Praeterea toti regimini consultissimum uisum est ut hos duos seruaremus, cum sint germani, quod apud nos penitus et summe est necessarium utilissimumque. Insuper nos sorores ita animo constituimus nostro et conclusimus, ut non aliis, quam his duobus supra nominatis (aliter facere nobis esset summe contrarium) confiteri uelimus, ac in consiliis spiritualibus subiicere. Eo autem libentius hos duos habemus ac petimus, quod piae memoriae pater noster, probissimus imperator Ferdinandus, hos nobis designauerit, nominarit, ac ut confessarios eos susciperemus iusserit. Egemus enim operariis germanis, et talibus, qui possint miseris animabus succurrere. Ad haec, summa exigit necessitas ut hos duos retineamus, ut, si quando postulat necessitas infirmitatis alterius (uti iam experientia docuit), ut alter alterius subeat locum, concionando et similia praestando, quae ad cultum diuinum pertinent. Nos enim non libenter (nec etiam solemus) uiuimus absque cultu diuino ac ordinaria concione, ut a iuuentute usque facere sumus solitae, ac etiam nunc rigidius hunc catholicum ritum seruamus ac magis magisque seruare contendimus. Praeterea tanta est copia aulicorum nostrorum utriusque sexus, ut unus omnibus satisfacere ex aequo nullo modo possit, confessiones audiendo et id genus alia exequendo, uti aperte nobis experientia constat; mmo uero potius necessarium esset ut plures haberemus ex

Societate quam duos. Ad haec nolumus plane, ut nostrae aulae homines aliis extra Societatem sacerdotibus confiteantur, nulli enim (ita agitur res in nostra Germania, proh dolor!) sacerdoti fidendum est; quia aut in fide sunt suspecti omnes fere, aut (quod clarum est omnibus) indocti et imperiti, ac uita scandalosi sunt, immo multo eos uideas ineptiores laycis ipsis, ita ut, qui adhuc catholici sunt, ab huiusmodi sint auersissimi. Multi iam sunt ex nostro gynecio et aula, qui sepissime sacram synaxim sumunt ac uitae bonae tramitem ingrediuntur, quod sane haud fieret, si hos duos Patres non haberemus. Nec cogitare debet D. T. eos apud nos ocium agere inutile. Habent sane satis superque quod agant, ut juuent proximum quocumque demum terrarum ueniamus, praecipue tamen his calamitosis nostris temporibus, concionantur, docent, monent, audiunt confessiones, ac alia praestant, quae conducunt ad ecclesiae christianae aedificationem. Praeter haec omnia, populus magnum erga eos amorem et fauorem habet. Est enim profecto et clamat extrema necessitas, venerande Pater, ubique, ut habeamus fideles et ueros Christi seruos, quales certe inuenire non poterimus, quam in hac Societate, nulli enim alteri nos concredere audemus. Existimamus praeterea plane nulli collegiorum fore damnosum, si hos duos retineamus. Et nisi nos maxima et christiana necessitas ac causae urgentes ad hoc impellerent, nullo modo profecto id a T. D. peteremus. Non uidetur etiam nobis consultum nec necessarium ut D. T. sese in hoc negocio referat ad probissimum Dom. Canisium, ipsius enim ordinatione et sententia (quam nostrae petitioni timemus fore contrariam) certe non erimus nec uolumus esse contentae. Quare eo uehementius motae fuimus haec ad T. D. perscribere, plane sperantes nobis hanc nostram petitionem nullo modo recusaturam. Quapropter, venerande in Christo domine, nos omnes summo, quo possumus, studio et amore oramus ac obsecramus ut hos duos supradictos, nimirum Joannem Dirsium et Hermetem concedat semper nobis, uestrae Societati Jesu addictissimis filiabus, et illos non auocet. Vestram dominationem huius non penitebit, immo ipsa (ut speramus in Domino) re ipsa experietur Deum multa bona in aula nostra ac ecclesia catholica per ipsos operaturum. Si D. T. sciret quam cordialiter et confidenter agamus et petamus, neutiquam nobis, quod cupimus, denegaret. Certo scimus, si parens noster dilectissimus, piae memoriae, uiueret (qui singularis fuit fautor et protector totius huius Societatis) nihil gratius haberet, quam si huic petitioni nostrae D. T. acquiesceret. Non dubitamus etiam quin nostris fratribus omnibus rem faciet gratissimam, quibus semper et ubicumque possumus paratissimae totam Societatem commendatissimam facere ac promouere non cessabimus, quod certo de nobis sperare potestis. Latius non scribemus; solum

oramus quam possumus uehementissime ut hoc (quod certo speramus et expectamus) impetremus. Dominus Christus conseruet T. D. et totam hanc Societatem in solamen et salutem catholicae ecclesiae praecamur, commendantes nos deuotis vestris orationibus. Merani, 16 Decembris 1564.

MADALENA.=MARGARETA.=WARBARA.=ELENA.=JOHANA.

A tergo, eadem manu: Copia literarum serenissimarum, latina. *Alia:* 1564. Merana. Le cinque regine, a 16 di Decembre, figliuole del' imperator Ferdinando d' Austria. *Et alia:* Ad R. P. Jacobum Lainez.

XLIV

B. PETRUS CANISIUS

PATRI JACOBO LAINEZ

Augustae, 6 Januarii 1565 [1].

Scribendi ministerium commendat: litteras indicas, dialogos, etc. typis excudi optat.

... Valde rogamus vt urgeatur negotium scribendi aliquid, quod in scholis praelegi possit, ob multiplicem eius rei utilitatem. Miramur literas indicas tamdiu desiderari. Dialogos etiam P. Natalis non pauci cuperent excusos uidere, sicut et commentarios D. Emanuelis in tres euangelistas. Verum impediunt occupationes aliae fortasse, ut ad haec studia non descendatur, quae multum tamen et lucis et authoritatis et boni publici adferrent nostrae Societati...

XLV

STANISLAUS HOSIUS

cardinalis varmiensis

PATRI JACOBO LAINEZ

Heilsbergae, 10 Januarii 1565 [2].

Collegii Brunsbergae initia.

Rde. Pater in Christo charissime et honorande. Egi gratias antea Rdae. P. V. pro nouem [3], quos e Societate sua miserat ad

[1] Ex archetypo, in *Epist. Canisii*, duplici fol., 148 (51, 52). Vide epist. 245, n. 13; et append., XVI (a, 2.

[2] Ex archetypo, in *Cod. 38*, duplici fol., 103. Vide epist. 313, n. 8; 314, n. 1; 341; et append., XLI. Item cf. ROSTOWSKI-MARTINOV, *Lituanicarum Societatis Jesu historiarum libri decem*, II, 2.

[3] Rostowski, loc. cit., duo tantum ex his novem sociis nominat, sc. Christophorum Strobellium et Petrum Phäe. Prioris examen habes in append., I.

me. Caeterum III calendas Januarij venit ad me magister Petrus [1], vno tantum socio comitatus, et eo laico, pro quo non minores ago gratias R. P. V., quam pro omnibus alijs. Nam, nisi venisset is, permultum de vestrae Societatis existimatione detractum fuisset. Omnes enim nunc tanto magis propensi sunt ad audiendum Dei verbum, quanto magis abhorrent a faciendo. Primum is Braunspergam accesserat pridie natalis Christi, vbi praedicauit etiam in die sancti Stephani, fuitque populo valde gratus, etiamsi non omnia, quae diceret, satis intelligerentur. Sed paulatim assuescet illi populus, ipse quoque linguam hanc melius perdiscet. Cum fuissem certior factus de aduentu illius, neque tamen quis esset mihi quisquam scripsisset, admonui quendam ex canonicis, qui nunc Braunspergae degit, vt eum ibi retineret aliquandiu. Caeterum quo die scriptum id a me fuit, nimirum ipso die sancti Joannis, discessit ille Braunsperga et ad me fratresque suos, qui mecum hic erant, venit, hortatuque meo concionem habuit ad populum ipso die circumcisionis Domini, quam et ego audiui: valde mihi probatur, etsi nec ego satis adhuc intelligebam omnia. Nam alia quadam vtitur dialecto, non tamen ita multum ab hac nostra differenti. Coepi postea familiarius illo vti, et reperi virum esse bene doctum, prudentem, neque uulgare iuditio praeditum. Sum illius consuetudine ualde delectatus. Sed is, cum sit vir magno quodam zelo, non potuit adduci mecum vt commoraretur diutius, quin et omnes alios fratres suos hinc expulit, et, ad Braunspergense monasterium vt proficiscerentur, vehementer vrsit. Ego, cum scirem non prorsus adhuc ibi pestem sopitam fuisse, conatus sum eos retinere per dies aliquod, cum praesertim nondum omnia satis instructa essent in illo monasterio. Verum ille teneri nulla ratione potuit. Dixit se uidisse cellarium instructum ceruisia, lignorum quoque vim adductam, caetera minore negotio parari posse, nec esse cur hic uelit cunctari diutius, nec ullum esse periculum a peste. Cum ita uiderem hominem vrgere, nolui retinere diutius. Itaque, quod foelix, faustum et fortunatum Deus esse uelit, VI nonas huius mensis vna cum oeconomo meo profecti sunt Braunspergam. Vestrum erit precibus Deum fatigare, quo suam illis gratiam impartiat, vt multum fructum afferre queant. Ego pueros, quos hic mecum habui, nondum misi, neque mittam fortassis ante quadragesimam; quam vt absque turbis aliquibus transigere, laetumque pascha celebrare detur, vestris precibus adiuuari peto. Magister quidem Petrus non paruo mihi videtur adiumento futurus. Quod superest, opto R. P. V. diu esse saluam et incolumem, meque orationibus illius commendo. Ex castro meo Heilsperg, die X Januarij, anno Domini M. D. LXV.

---

[1] Petrus Phäe.

Accepi [1] literas R. P. V. x Nouembris datas, quibus per alium tabellarium, Deo bene iuuante, respondebo, cuius opera non minus fortasse celeriter hec quam ille perferentur.

P. V. frater in Christo,

STANISLAUS, CARDINALIS VARMIENSIS.

Inscriptio in quarta pagina: Rdo. Patri, domino Jacobo Laynes, sacrae theologiae doctori, generali praeposito Societatis Jesu, in Christo charissimo et honorando. *Alia manu:* 1565. Helisperg. Card. varmiense. X di Jenaro. *Sigilli vestigium.*

XLVI

OTTO TRUCHSESS

cardinalis augustanus

PATRI JACOBO LAINEZ (?).

Dilingae, 26 Januarii 1565 [2].

De quadam procella in Societatem excitata.

Molto Rdo. in Xpo. fratello. La lettera di V. P. R. mi ha portato molta consolatione, nella quale l' è piaciuto darmi conto di quanto haueua inteso dal Padre don Luigi [3] et da la lettera scrittale da me. Ma sappi certo che, se ben' io conosca le forze mie esser' debili rispetto al animo che piace al Signor Dio di porgermi, spero nondimeno ancor' col tempo che S. M. diuina mi darà poter da far' con uiui effetti conoscere la ingenuità del animo mio, come desidero, particularmente uerso la sua santa Compagnia del Jesù, per seruitio et augumento della quale in queste parti et in ogn' altro loco, doue mi si porgerà l'occasione di affaticarmi, lo farò tanto prontamente, quanto ogn' altra cosa che io habbi mai desiderata, non sapendo però d' hauer' hauuto in animo desiderio che più mi prema di questo.

Quanto alla persecutione hauuta, è stato molto a proposito che si habbi presa resolutione di procurar' li breui che si sono mandati qua, per leuar uia quel mal odore che già si cominciaua a spargere. Ma nel resto, uolendoci noi confortar' sauiamente in Christo, come si ha da fare, deuemo senza hesitation' alcuna credere che alla Compagnia ne resulterà gloria et honore, sapendo che nostro signor Jesù ancora patì persecutione, et che egli ci ha insegnato et dichiarato per beati quelli che in gratia sua hanno in questo mondo delle persecutioni. Perdoni S. M. diuina a chi hebbe animo di pensar' così impia sceleratezza, et a

---

[1] Ab hoc verbo ad subscriptionem usque, cardinalis manu exarata sunt.
[2] Ex archetypo, in *Cod. 38*, unico fol., 104 (3).
[3] P. Ludovicus de Mendoza.

noi dia gratia di posser' seruirle sempre con maggior fauore [1]. Le piacerà salutar el P. Generale con tutti li altri, alle cui deuote orationi mi raccomando sempre. De Dilinga, li 26 di Genaro M. D. LXV.

Di V. P. R. affettionatissimo in Xpo. fratello,

IL CARDINAL D' AUGUSTA.

A tergo, manu P. Polanci. 1565. Del cardenal de Agusta. 26. Enero. *Desideratur inscriptio, sed obsignatam fuisse epistolam et sigillo munitam clare apparet.*

XLVII

STANISLAUS HOSIUS

cardinalis varmiensis

PATRI JOANNI DE POLANCO

Heilsbergae, 31 Martii 1565 [2].

Laetatur de novi pontificis electione: de Patribus Sunyer et Hostovino.

Rde. Pater in Christo charissime et honorande. Salutem et omnia foelicia. Quas ad me binas P. V. dedit literas, 18 et 14 calend. Februarii datas, eae mihi redditae sunt 16 calend. Aprilis. Valde mihi gratum et iucundum fuit ea agnoscere, quae de noui pontificis electione scripsit copiosius. Quis autem est, qui dubitare queat hoc a Domino factum esse? Reuera talis decebat, vt esset hoc nostro saeculo pontifex, sanctus, innocens, impollutus, segregatus a peccatoribus, et qui quam proxime ad eum accederet, qui factus est coelis excelsior [3], vt, cuius vicem in terris gerit, eius exemplum in suis moribus nobis referret, neque doctrina magis quam vita gregi suo praeiret, ac errantes in viam reduceret. Deo gratiae sunt agendae, cuius hoc est beneficium; qui simul a nobis praecandus est, vt conseruet eum ac viuificet, ad ecclesiae suae multis modis afflictae consolationem.

De P. Francisco Sunier [4] scripsi prioribus literis meis P. V., quod saluus ad nos peruenerit; vellem autem vna vel altera hebdomada citius venisset, fortasse schola nostra dissipata non fuisset. Non dubito quin rem omnem suis ipse literis perscripserit, sed reuertuntur tamen aliqui, spes ostenditur plures post mensem vnum venturos. Fuit mecum per vnam vel alteram hebdomadam. Septimo calend. Aprilis profectus est Plociam, rediturus post festa paschatis. Pater vero Balthazar [5] eodem die Brunsber-

---

[1] Sic; *fervore?*

[2] Ex archetypo, in *Cod. 38*, duplici fol., 110 (193).

[3] EPIST. AD HEBR., VII, 26.

[4] Vide ejus examen in append., I.

[5] Balthasar Hostovinus. Vide ejus epistolam sub n. 348.

gam se contulit, quem ego rectorem Societatis illius constitui vellem: neque recusat P. Franciscus. Literae Rdi. Patris generalis fuerunt ad me perlatae; num autem responsum quoque meum acceperit, nondum satis mihi constat. Mitto P. V. descripta, quae proxime ineunte quadragesima acta sunt per me, qui perstant nihilominus in sua contumatia. Est illis per me dies dictus coram serenissimo rege meo: dies, quid futurum sit, indicabit.

Rdo. Patri generali ac totius istius sanctae Societatis praecibus et sacrificiis diligenter me commendari peto: Salmeronum quoque nostrum salutet verbis meis, nam P. Natalem Augustam profectum esse arbitror, cui praecor, vt quamplurimos Christo lucrifacere queat. Bene valeat P. V. Datum ex castro nostro heilspergensi, die vltima Marcii anno Domini M D. LX. V.

Ea, quae mittere volui cvm elbingensi acta, nvnc non mitto propter mvltas occupationes meas. Frater in Christo,

STANISLAUS, CARDINALIS VARMIENSIS.

Inscriptio in quarta pagina: Rdo. Patri, domino Joanni Polanco, sacrae theologiae doctori, et Societatis Jesu cancellario, etc., in Christo nobis charissimo et honorando. *Alia manu:* 1565. Helispergh. Card. varmiense. Ultimo di Marzo. *Sigilli vestigium.*

XLVIII

STANISLAUS HOSIUS

cardinalis varmiensis

PATRI JOANNI DE POLANCO

Petricoviae, 5 Aprilis 1565 [1].

Episcoporum jurisdictio abrogata: remedium tantis malis adhibere satagit.

Rde. Pater in Christo charissime et honorande, salutem et omnia foelicia. Statum rerum hic nostrarum et comitiorum progressum non dubito quin P. V.tra ex Patre Balthazaro [2] abunde sit cognitura; michi enim, uehementer occupato, scribere non uacat, nec est quod uel recte scribi, uel consolationem aliquam afferre possit. Proximo die lunae abrogata est episcoporum iurisditio. Nunc laboratur a nobis, ut aliquod ei rei possit fieri remedium, et nichil a me et ab Illmo. legato [3] pretermittitur laboris et diligentiae, sed non multum profecisse adhuc videmur; spes est

---

[1] Ex archetypo, in *Cod. 38*, duplici fol. 111 (135).
[2] P. Balthasar Hostovinus. Vide epist. 348, et append., XLVII.
[3] Joannes Commendonus.

tamen in Deo. Caeterum, nisi emendatio aliqua decreti huius fuerit consecuta, discedere nobis certum est. Rdum. P. Arnoldum habui in comitatu meo, quem de uoluntate Patris rectoris michi adiunxeram, ut esset hic michi a sacris faciendis. Is autem et pie et religiose se gessit, ut michi non potuerit hoc nomine ualde charus non esse. Maluisset autem in Italiam potius reuerti, quam abire in Flandriam, multis, ut ipse michi narrauit, de causis; sed quoniam haec est superiorum eius uoluntas, ut se in Belgicum recipiat, faciet non grauatim quod mandatur. Interea P. V.trae simul et Rmo. domino vicario illum diligenter commendo, atque ut eum beneuolentia sua paternaque benedictione prosequi uelint, quaeso. Quod preterea scribam, hoc tempore nichil est. Opto P. V.tram diu esse incolumem et foelicem, cuius me piis precibus et sacrificiis commendo. Datum Petricouiae, die v Aprilis anno Domini M.D.L.X.V.

Alia manu: Vbi plus otii a publicis occupationibus fuero consequutus, scribam pluribus. Nunc breuitatem hanc boni consulant P. V.trae, et pro me Deum praecari non intermittant. P. V.trae frater in Christo,

STANISLAUS, CARDINALIS VARMIENSIS.

Inscriptio in quarta pagina: Rdo. Patri, domino Jacobo [1] Polanco, sacrae theologiae doctori et Societatis Jesu cancellario, etc., in Christo charissimo et honorando. *Alia manu:* 1565. Petricouiae. Cardinalis varmiensis. V Aprilis. *Sigilli vestigium.*

XLIX

URSULA FUGGERA

SANCTO FRANCISCO BORGIAE

Augustae, 25 Aprilis 1565 [2].

Canisii absentia commovetur. Eum Germaniae restitui postulat: maritum, filios, totam familiam suam Borgiae commendat.

†

Pax Jesu Christi nobiscum. Admodum Rde. in Christo Pater.

Non potui committere isthuc, maxime Patre Rdo. Dno. Petro Canisio proficiscente, (cuius equidem tanta absentia non potest non et me meosque et augustanos omnes grauiter commouere) quin tuam Rdam. Paternitatem mihi, licet corpore ignotam, animo uero notam maxime, quam et parentem in Christo meum complector inprimis, paucis salutarem, ac animi mei propensionem

---

[1] Sic, pro *Joanni.*

[2] Ex archetypo, in *Epist. Natal.*, II, duplici fol., 99 (79). Vide supra, pag. 490, annot. 1.

eidem breuissime declararem. Ac illud inprimis rogo et obsecro a T. Rda. P. ut predictum Patrem D. Canisium, rebus isthic foeliciter confectis ad Dei omnipotentis gloriam, huc statim ad suam messem, eamque Dei munere uberrimam, remittat, ut et oues iam in Christi ouile reductae conseruentur, et seductae plures quotidie ad idem ouile foeliciter reducantur. Utinam, utinam uero Augusta nostra plures ex hac nominis Jesv sancta Societate accipiat, quemadmodum breui quidem fore ualde speramus in Domino, qui auxiliator est in tempore oportuno. Deinde, quam possum maxime, tuam Rdam. Paternitatem rogatam et exoratam uelim, ut mei peccatricis miserae, ac precipue mariti mei in fide adhuc non satis confirmati, ac demum filiorum nostrorum, in collegio maxime germanico uersantium, et totius Fuggericae familiae, memor esse dignetur in suis et suorum charissimorum precibus et sanctissimis sacrificiis pro solito illo Societatis instituto. Praeterea de contractibus usurariis, quibus isthaec nostra familia non parum irretita est, consilium salutare aliquot desideramus, si forte Dominus moueat corda nostrorum, ut aliquando de seria poenitentia cogitent, ne alioquin corpus simul et animam cum externis istis bonis, quae parui sunt sane momenti, tandem infoeliciter amittamus. Verum de his fusius et de aliis multis R. P. D. Canisius coram explicabit. Neque dubitamus, quin Rda. Paternitas tua piae nostrae petitioni, quamuis forte importunae, satisfaciet. Nos uicissim Societati huic sanctae, ac christianitatis conseruatrici, nos totos offerimus in Christo Domino, et oramus iterum in Christo, Rde. Pater, ut augustanae messis, et nostrorum iam supradictorum memor esse dignetur. Augustae, 25 Aprilis 1565.

Eur und der Gesellschaft Jesu redliche [1] dienerin [2] und gehorsame dochter

URSULA FUGGERIN.

Inscriptio in quarta pagina: Admodum Rdo. in Christo Patri, Dno. Francisco de Burgia [*sic*] vicario generali Societatis Jesv: Romae. *Alia manu:* 1565. Augusta. S.ra Ursula Fuchera 25 Aprilis. *Sigilli vestigium.*

---

[1] Obscure exaratum.

[2] Ms., *deinerin.*

L

STANISLAUS HOSIUS

cardinalis varmiensis

PATRI JOANNI DE POLANCO

Heilsbergae, 25 Maji 1565 [1].

Comitia regni absoluta: redux in suam ecclesiam, quieta omnia reperit: Commendonum expectat.

Rde. Pater et Domine in Christo charissime et honorande. Quamuis nullas a P. V. pridem accepi literas, tenere me tamen non potui, quin de statu rerum hic nostrarum illam certiorem redderem. Tandem peracta sunt regni comitia; sed eorum ego finem expectandum esse mihi non putaui, verum ad ecclesiam meam contendi magnis itineribus, vt eo venire possem ad chrisma conficiendum, et veni pridie eius diei. Deo gratias ago, cuius hoc est beneficium. Quieta satis omnia reperi. Qui reuocati fuerant in viam, non solum non sunt ad vomitum reuersi, verum etiam alios aberrantes ad eandem viam reducere conantur. Vnus autem ciuis ex locupletioribus, cum fuisset a me proscriptus anno proxime superiore, fratrum vestrae Societatis opera, praecipue vero Magistri Petri [2], qui praedicatorem agit, vt ei redire liceret in ciuitatem, impetrauit; sed nihilo melior factus est. Fideiussorem appello M. Petrum, cuius praecibus adductus, illi redeundi facultatem concessi. Negat is adhuc se desperare; sed ego spem habeo perexiguam.

Illmi. Domini Commendoni [3] aduentum ad me expecto, de cuius consilio statuam quod ille magis expedire iudicauerit.

Schola satis frequens nunc est, et fiet in dies maior ad eam concursus. Bene valeat, ac Deum pro nobis diligenter precetur, nam certe non eo loco sunt res, quo vellemus. Datum ex castro nostro Heilsberg, die XXV Maij, anno Domini M. D. LXV. Frater in Christo,

STAN. CARDINALIS VARMIENSIS.

Inscriptio in quarta pagina: Rdo. Domino, Joanni Polanco, fratri Societatis Jesu, in Christo nobis charissimo. *Alia manu:* 1565. Helisperg. Card. varmiense. 25 Maij. *Sigilli vestigium.*

---

[1] Ex archetypo, in *Cod. 38*, duplici fol., 114 (198).
[2] Petri sc. Phäe.
[3] Ms., *Commendini*.

LI

STANISLAUS HOSIUS
cardinalis varmiensis

PATRI JOANNI DE POLANCO

Heilsbergae, 9 Augusti 1565 [1].

De rebus Poloniae et suae dioeceseos.

Rde. Pater, amice in Christo charissime. Accepi tandem literas D. V., quibus meis respondet. Comitia petricouiensia reuera non habuerunt eum exitum, quem cupiebamus. Fuimus ibi duo cardinales: praestiterat eo nunquam venisse. In diocoesi [*sic*] mea, sicut antea scripsi [2], dedit nihilominus Deus benignitatem suam, quod quietior fuit haec proxima quam illa superior quadragesima, nisi quod, quem ego proscriptum externis meis anno superiore, sic vestris volentibus restitueram, apud eum nihil vestri profecerunt, et est nunc pertinacior quam fuit antea; quam ob causam eum denuo proscribere sum coactus. Trideistam illum palatinum, vilnensem, esse mortuum iam pridem ad vos perlatum esse puto. Nihil itaque vestris ab illo metuendum iam erit. Dolendum est quod non sit mortuus ante xv annos, minus mali vidisset Polonia, minus etiam cruciatuum illius anima nunc persentisceret. Vtinam autem simul extincta sit illius haeresis, quae viget nihilominus, nec suis est patronis destituta.

Pultouiam vt vestros mittatis suadeo, semota quauis cunctatione. Deinceps alijs quoque locis prospici poterit. Breue de promouendo ad sacros ordines, iam habeo, et ex vestris duos promoui, Scotum et Simonem Hageuaum. R.dum dominum vicarium vna cum P. Salmerone et Canisio salutet verbis meis, etiamsi nec salutem illi nec literas ad me dederunt; sed sic est mos illorum, praecipue P. Salmeroni. Nam alter officiosior tamen est. Calicis non eum successum futurum, quem opinabantur multi, pridem, augurabar; quamobrem prius restitui missae sacrificium cupiebant, ab ijs, quorum causa petebatur, quam de calice decernebatur aliquid. Quod ad sacerdotum coniugium attinet, non video quid sperari melius possit: vtinam tolli posset ebrietas in Germania: non ita magno negocio vita quoque tolleretur impudica. Quod si per vestram Societatem non ita fuerit aetas tenerior educata, vt possit vere caelibes ministros nobis suppeditare, non video quod aliud remedium inueniri possit. Sed persuasum est quibusdam impossibilem esse continentiam, quae mihi videtur

---

[1] Ex archetypo, in *Cod. 38*, duplici fol., 121 (199).
[2] Vide append., L.

esse tanta blasphemia, maior vt alia proferri vix possit. *Omnia possum in eo, qui me confortat* [1], dicit Paulus. *Omnia possibilia sunt credenti* [2], dicit Christus. Qui sunt ergo alii, qui persuasum habent homines continere non posse, quam qui non credunt in Christum, qui non credunt eum posse largiri donum continentiae singulare, id a se cum vera fide petentibus? Ego quoque magnum cruciatum ex eo capio, quod non, quales cuperem, sacerdotes habeo. Proximis superioribus diebus visitationem institui, multa cognoui, quae meum animum vehementer perculerunt. Dominus praecandus est, vt operarios dignos mittat in messem suam [3], quod vestris etiam praecibus effectum iri mihi persuadeo. Opto R. D. V. diu esse incolumem, cuius me sacrificijs et orationibus commendo. Datum ex castro nostro Heilsberg, die 9 Augusti. A. D. M. D. LXV. Frater in Christo,

STANISLAUS, CARDINALIS VARMIENSIS.

Inscriptio in quarta pagina: Rdo. Patri, domino Joanni Polanco, Societatis Jesu secretario, amico charissimo. *Alia manu:* 1565. Heilspergh. Cardinale varmiense. 9 Agosto. *Sigilli vestigium.*

LII

STANISLAUS HOSIUS

cardinalis varmiensis

PATRI JOANNI DE POLANCO

Heilsbergae, 29 Augusti 1565 [4].

Societatem Jesu in septentrionem suos ramos extendere gaudet.

Rde. Pater in Christo, nobis charissime et honorande, salutem et omnia foelicia. Renunciatur michi mitti huc a uobis nonnullos ex Societate vestra, qui apud R.mum dominum episcopum plocensem in collegio per ipsum exstructo iuuentutem instituant et seminario praesint. Quorum etiam rector futurus dicitur P. Balthasar [5], qui fuit hactenus in familia Illmi. domini Commenduni, cardinalis legati. Ac uehementer quidem gaudeo sanctam hanc vestram Societatem in hunc etiam nostrum septentrionem suos ramos extendere; atque utinam alijs etiam in locis et diocaesibus [*sic*] similia ab episcopis nostris instituantur collegia, ex quibus fructus ille, quem speramus et optamus, ad ec-

---

[1] PHILIPP., IV, 13.
[2] MARC., IX, 22.
[3] MATTH., IX, 38; et LUC., X, 2.
[4] Ex archetypo, in *Cod. 38*, duplici fol., 123 (204). Vide epist. 348; et append., XLI, XLV, etc.
[5] P. Balthasar Hostovinus, de quo saepius in superioribus documentis sermo incidit.

clesiam redundare queat. Sed cum uideam quanto usui michi esse queat in hac diocaesi [*sic*] mea P. Balthazaris presentia, cuperem magnopere, ut P. V.ae eum in collegio meo braunspergensi esse et commorari iubeant. In quo, cum iam sit multo maxima eorum scholarium pars, qui nati sunt in Polonia, ualde michi utilis uideretur ob lingue usum ad illos in officio retinendos, et agendum, uel cum eorum propinquis uel cum alijs nobilibus, qui Braunspergam crebro ex Polonia ueniunt. Quod si collegij huius mei Paternitates Vestrae rationem habuerint, michi rem fecerint valde gratam et officijs meis compensandam. Opto Paternitatem Vestram diu bene ualere, cuius me orationibus diligenter commendo. Datum ex castro meo Heilspergh, die XXVIIII Augusti M. D. LXV. R. P. V. frater in Christo,

STANISLAUS, CARDINALIS VARMIENSIS.

Inscriptio in quarta pagina: Rdo. Patri, domino Joanni Polanco, sacrae theologiae doctori, et Societatis Jesu can[cellario] in Christo nobis honorando, Romae. *Alia manu:* Helisperga. Car. var. 29 Augusti. *Vestigium sigilli.*

LIII

B. PETRUS CANISIUS

SANCTO FRANCISCO DE BORJA

Moguntiae, 16 Novembris 1565 [1].

Natalem ad Germaniam mitti desiderat.

...Cardinali, semel et iterum postulanti, hanc promisi operam, vt Reverendam Paternitatem Tuam admonerem de P. Natale mittendo ad proxima comitia, vbi non solum ille cardinali, verum etiam vniuersac Germaniae plurimum prodesse posse videretur...

LIV

STANISLAUS HOSIUS

cardinalis varmiensis

PATRI JOANNI DE POLANCO

Heilsbergae, 17 Decembris 1565 [2].

Patrem Hostovinum pro collegio Braunsbergae sibi concedi efflagitat.

Rde. Pater in Christo, nobis charissime et honorande, salu-

---

[1] Ex archetypo, in *Epist. Canisii*, I, 158 (302, 303).

[2] Ex archetypo, in *Cod. 38*, duplici fol., 129 (29). Vide epist. 348 et append., XLV et LII.

tem et omnia foelicia. Literis P. V., quas ad me proximo mense Septembri dedit, respondebo per ocium. Nunc enim scribendis alijs impedior, et properat tabellarius. Hoc saltem repetere uolui, quod prioribus etiam meis me scribere memini, nimirum in hoc meo Braunspergensi collegio non paruo usui esse michi posse praesentiam Rdi. P. Balthasaris [1]. Quamobrem a P. V. peto efficere uelit, ut is apud me maneat. Quod si erit aliquis ex meis uel Plociam uel Pultouiam mittendus, non dicam causam, quominus mittatur uel P. Christophorus uel alius quispiam. Id adeo a P. V. diligenter peto, quam diu saluam esse cupio, meque illius orationibus commendo. Datum ex castro meo Heilspergk, die XVII mensis Decembris anno Domini M D. LXV. P. V. frater in Christo.

Quaeso [2] ut gratuletur Rmo. Patri generali, quod ipse paulo post literis meis fatiam [3], nisi quod nunc occupatior fui, quam ut potuerim.

STANISLAUS, CARDINALIS VARMIENSIS.

Inscriptio in quarta pagina: Rdo. in Christo Patri, domino Joanni Polanco, sacrae theologiae doctori, et Societatis Jesu secretario, etc., in Christo nobis charissimo. *Alia manu:* Per Venetiam [?] Romam. 1565. Helispergh. card. varmiens. 17 di X.bre *Sigilli vestigium.*

LV

STANISLAUS HOSIUS

cardinalis varmiensis

SANCTO FRANCISCO DE BORJA

Heilsbergae, post 17 Decembris 1565 [4].

Eum de sua electione in praepositum generalem Societatis gratulatur.

Rde. Domine, frater in Christo charissime. Etsi pridem allatum huc fuerat R.am D.em V.am, cuius insignis pietas toto cae lebratur [*sic*] in orbe, summa cum voluntate omnium et incredibili quodam consensu, sanctae Societatis Iesu praepositum generalem esse designatam; quoniam tamen ex vrbe nullas ante mensem Decembrem ea de re litteras acceperim, differendam esse duxi meam gratulationem in id vsque tempus, quo certius aliquid hac de re cognoscere licuisset. Deo gratias ago, cuius beneficio factum est, vt, non solum huic [5] sanctae Societati, verum et

---

[1] Hostovini.
[2] Haec paragraphus cum subscriptione sunt autographa.
[3] Vide append., LV.
[4] Ex archetypo, in *Cod. 38*, duplici fol., 131 (208). Charta humiditate est consumpta, et in ea parte, ubi sine dubio inerat subscriptio, resecata. Partem hujus epistolae edidit Sacchinus, loc. cit., part., III, lib. I, n. 33.
[5] Ms., *huius*.

ecclesiae vniuersae de viro, tanta vitae integritate, grauitate, prudentia praedito, prospiceret, cuius cura et diligentia prouideri possit ecclesijs omnibus, ut ne careant verbi ministris, qui, non magis doctrina, [quam] exemplo caeteris praeeant, quibus, quo magis haec mea diocaesis [*sic*] indigere videtur, hoc impensius munus hoc R. P. V. delatum illi gratulor, mihi vero gaudeo. Nam illius opera futurum confido, vt nec alijs ecclesijs, nec meae desint fideles operarij, qui laborent in vinea Domini, quique frangant panem paruulis, et eis doctrinae salutaris cibum impartiant, quorum apud nos ingens est penuria, qualem si vnum aliquem haberem, minime dubia spe forem, reuocatos iri multos ad euangelium Christi, qui sunt in aliud, sicut ipsi dicunt, Euangelium translati.

Sed omnibus de rebus, ad Brunsbergense collegium pertinentibus, vberius informare poterit R. D. V. Ill.mus et Rev. dominus meus Joannes Franciscus Commendonus, qui magna cum laude sui nominis legatum apud nos egit apostolicum, cuius cum oculis omnia subiecta fuerint, quibus rebus opus habeam ad fructum copiosiorem consequendum, R. D. V., simul vt isthuc venerit, narrare poterit. Interea me totamque diocaesim [*sic*] meam, quin et regnum vniuersum, quod magno versatur in discrimine, sanctis sanctae Societatis praecibus [*sic*] et sacrificijs diligenter commendo. Datum ex castro nostro Heilsberg, die—[1] Decembris A. D. M. D. LXV. Frater in Christo,

[STANISLAUS, CARDINALIS VARMIENSIS].

Inscriptio in quarta pagina: Rmo. domino, Francisco Borgia, generali praeposito Societatis Jesu, etc. fratri in Christo charissimo et honorando. *Alia manu:* C. 1565. Heilsberg. Car.l varmiense—di x.bre *Sigilli vestigium.*

LVI

STANISLAUS HOSIUS

cardinalis varmiensis

PATRI JOANNI DE POLANCO

Heilsbergae, Decembre 1565 [2].

Dolet calamitates Poloniae: operarios e Societate illuc mitti exoptat.

Rde. Pater in Christo; nobis charissime et honorande. Litterae Dominationis Vestrae multum expectatae fuere, mihi gratissimae; jam enim deesse mei memoriam existimabam, et pigebat

[1] Desideratur dies, qua data est epistola.
[2] Ex archetypo, in *Cod. 38*, duplici fol., 130 (207).

scribere, cum nemo rescriberet; sed iustis occupationibus vestris factum esse video, quod minus caeleriter, quam cupiebam, responsum accepi. Quod etiam in messem plocensem operarios miseritis, valde mihi gratum fuit cognoscere: faxit Deus vt fructum ferant copiosum, et vt Vilnae quoque vestram Societatem caelerius videre queam. Est enim tota Lithwania quibusdam horrendis haeresibus grauiter infaecta, paucos iam in ea catholicos reperire licet, ex nobilioribus presertim. Sed et in regno nihilo melior est status religionis, quam fuit antea. Ruunt in deterius omnia, sathanismus sumit vires, quotidie plures ab haereticis occupantur ecclesiae. Collegium tamen Brunsbergense non poenitendos fructus adfert, praecipue in tenera iuuentute instituenda, et in dies maior fit eo concursus, quamuis nihil intentatum haeretici relinquant, vt parentes deterreant, quominus liberos eo suos mittant, et est res non magis admiratione quam commiseratione digna, quod nullus adhuc inuentus est haereticus, qui liberos eo suos mitteret, ne ex vicina quidem ciuitate Elbinga, quae tantum 4 miliaribus distat, et est ecclesia meae jurisdictionis, quodque magis mirum est, ad primarios quosdam nobiles mihi subiectos, ecclesiaeque meae vasallos ablegaui quosdam, vt suos filios instituendos traderent Societati vestrae, quos ipse sumptu meo alere Brunsbergae cupiebam, neque tamen vt id facerent adduci potuerunt. Accidit etiam, quod quidam nobilis bona vellet in ditione mea comparare, qui, cum non esset catholicus, neque tamen illi negare possem, cum omnes harum terrarum proceres instarent, ac, vt illi gratificarer, peterent; vt et conscientiae meae satisfacerem, et minus grauiter illum offenderem, dixi, quod, sicut ille peruersa religione quadam prohiberetur, quominus nobis, hoc est, cum ecclesia catholica communicaret, sic me quoque vera religione prohiberi, quominus ei permittere possem, vt ecclesiae meae vasallus esset; sed me tamen, quod salua fide mea facere posse videor, libenter hoc illi concessurum, vt ipsius filio tradi et inscribi bona permitterem, dummodo eum mihi traderet educandum, et in fide christiana instituendum. Refragatus est is aliquamdiu, tandem assensus est, ac duos filios suos postea Brunsbergam misit, qui simul vt communicarunt ritu catholicorum non coacti, sed Spiritu sancto suggerente, ante mensem utrumque abstulit, et, vt audio, magistris haereticis instituendos tradere cogitat: quae res incredibilem animo meo molestiam attulit. Non potui namque non vehementer dolere, quod, quos solos haereticos parentibus natos Christo lucrifecisse videbar, eos abduci, vt in aliud euangelium transferrentur, cernebam. Verum haec est potestas tenebrarum. Nihil n[on] sathana[e] permittitur, vt sanctum hoc institutum in pueris sancte educandis impedire queat. Quamobrem et hoc iam consilium captum fuit a vicinis, ne quid rerum in oppidum illud meum importaretur ad victum

pertinentium, vt vel fame saltem socij vestri pellerentur; sed huic quoque rei statim obuiam itum est a me, nec vlla rerum penuria laborant. Vtinam vero magister Petrus [1] disertior esset in praedicando Dei verbo, quam est, vt ab omnibus intelligi posset; non dubitarem quin copiosam breui messem essemus habituri. Ill.mus cardinalis Comendonus, cum esset apud nos, functus est munere suo strenue; sed, quem vellemus tamen successum, conatus nostri non habuerunt. Non video quid praetermissum sit in comitijs petricouiensibus; quantum autem profecerimus, me poenitet. Deum praecor vt misereatur nostri, illuminet vultum suum super nos, conuertat nos et auertat iram suam a nobis, quod meum votum vestris quoque sanctis praecibus et sacrificijs adiuuari peto, et eam bene valere cupio. Datum ex castro nostro Heilsperg, die—[2] Decembris M. D. LXV. Frater in Christo,

STANISLAUS CARDINALIS, VARMIENSIS.

Inscriptio in quarta pagina: Rdo. Patri, domino Joanni Polanco, sacrae theologiae doctori, et Societatis Jesu secretario etc., in Christo nobis charissimo et honorando. *Alia manu:* C. 1565. Heilspeg. Card. varmiense.—di X.bre *Sigilli vestigium.*

LVII

APPENDIX

AD EPISTOLAM 249 [3].

CATALOGUS COLLEGII BRIGANTINI

ex epistola fratris Garcia ad P. Jacobum Lainez
nomine Patris rectoris, 8 Februarii 1563, data [4].

Estamos agora aquí 15 personas: 4 Padres y 11 hermanos, *scilicet:*

El P. Lionel de Lima, rector.
El P. Diogo Márquez, ministro y prefecto de la iglesia.
El P. Domingo Cardoso, predica y lee casos de consciencia.
El P. Joan de Novais, predica y confiessa los studiantes.
Pero Rodríguez, lee la primera classe.
Antonio de la Rocha, la segunda.
Pero Hernández, substituto dellos.
Pedro Alfonso, sacristán.
Domingo Rabelo, portero.

---

[1] Petrus Phäe.
[2] Desideratur dies, qua datae sunt hae litterae.
[3] Vide *Epist. Natal.*, I, 658, annot. 2.
[4] Ex *Cod. 32*, 458.

Luis Pereri, enfermero y ropero.
Michael Vaz, comprador.
Francisco de Abreu, refetolero.
Antonio Gonçaluez, cozinero, en quanto conualesce el Hermano
Gonçalo Hernández [1].

[1] Quatuordecim dumtaxat in hoc collegio socii numerantur; quibus si addatur frater García, hujus auctor catalogi, quindecim, quos ipse dixit, profecto habentur.

· SECUNDI VOLUMINIS CONCLUSIO

Cum, jam evulgato primo hujus tomi fasciculo, nonnulla monumenta Romae invenerimus, quibus Natalis gesta in Germania sub P. Lainez plenius illustrari potuerint; non abs re fore, quinimmo rem gratam scriptoribus historiae praestituros duximus, si pauca, ad modum coronidis hujus voluminis, hic annotaremus, quibus, praedicta monumenta digito quodammodo lectori commonstrantes, illa minime inter epistolarum multitudinem delitescere pateremur, sed justo pretio prae aliis non paucis aestimari curaremus. Quoniam autem intima connexio inter scripta, de quibus dicendum nobis est, et plures alias hujus voluminis litteras intercedit, de illis etiam aliqua animadvertere juvabit, quae in prooemio, quia haec nova documenta ignota nobis erant, primoribus tantum labris attingere potuimus.

Primo igitur ea, quae in praefatione nostra, pagina x, de apostolico nuntio Zacharia Dolfino diximus, «praeclare scilicet illum pro tuenda sanctae sedis auctoritate decertasse, Patrisque Natalis opera usum fuisse, ut solidis argumentis summum pontificem universalis ecclesiae pastorem esse, pro germanorum dissidentium confutatione evinceretur», dilucide confirmata videre poterit historicae veritatis studiosus in epistolis, quas in annotationibus ad paginas 218 et 219, ex archetypis in tabulariis reservatis Vaticanis exstantibus nuper depromptas, edidimus.

Neque dumtaxat ea, quae in prooemio hac de re praelibata a nobis fuerant, hisce litteris confirmantur, sed alia insuper, et Societati, et Patri Nadal perhonorifica revelantur. Et primo quidem ipse nuntius, ad concilii tridentini praesides scribens de difficultatibus ab ipso superandis pro felici exitu conventus theolo-

gorum Oeniponte anno 1563 habiti, duo potissimum media proponebat, quibus victoriam causae catholicae sibi pollicebatur: alterum quidem erat, Caesareae Majestati persuadere, ut theologis ab imperatore convocatis, quartus ab ipso nuntio delectus, episcopus videlicet petinensis, adderetur: alterum vero medium in eo situm erat, ut «P. Hieronymus Natalis jesuita, qui Reverendum P. Lainez in Gallia comitatus fuerat, quamprimum Oenipontem mitteretur», cujus quidem operam valde sibi utilem futuram minime dubitabat. Neque eam caesari ingratam eventuram arbitrabatur, «quippe cui optima de Natali opinio menti adhaeserat postquam eum saepius vidisset, ejusque sermones audivisset» (pag. 218).

Quod autem addit Dolfinus, «hauendo anco rispetto ch' egli sia stato nele trattationi di Francia», intelligendum est, non quod Lainio in congressu poissiaco adstiterit, sed quod, eo absoluto, ex Hispania redux, Lainium convenerit, resque ab ipso gestas commode ex ipso resciverit, praesertim cum eum ad Belgium usque comitatus fuerit. Unde post Polancum nemo melius et intimius negotia a Lainio in Gallia transacta intelligere potuit. Ex quibus facile sperabat Natalem theologorum conventui a caesare aggregandum; sin autem illum theologis assidere minime caesari probaretur, utilissima nihilominus officia ab ipso praestanda, tum apud caesarem, tum apud theologum hispanum ordinis sancti Francisci, tum etiam apud Staphylum, compertum habebat (218).

Et hac de causa Canisius, mentem nuntii Dolfini Lainio aperiens, eumque laudans, utpote «sanctae sedis apostolicae fidum defensorem», haec addebat: «Hic suadet optatque vehementer adesse nobis R. P. Natalem, multis magnisque de causis, vt praesertim duobus aliis, quos dixi, theologis, facile inter se consensuris, vti metuendum est, ego me rectius opponere possim, et tueri conuenientius jura Ecclesiae» (218).

Finita jam, sed nondum obsignata, epistola supradicta ad legatos concilii, rescivit nuntius per doctorem Seldium, expletum jam

fuisse suum desiderium, quod ad priorem partem attinebat, scilicet, ut episcopus petinensis a caesare ad conventum theologorum adscisceretur; ideoque, ad calcem epistolae tam laetum nuntium scribens, haec de altera re sibi etiam optatissima adjungebat: «Come dunque io m' alegro di ciò con le SS. VV. Ill.me, così le suplico da nouo che, accioché siamo in sicuro di poter intieramente alegrarci, mi faccino uenir qui il tanto da me desiderato Padre Natale, perché con tre uoti ch'o dissegno hauere uniformemente catholicissimi, non solo preualerò ogni erronea opinione, nella quale accordassero gl' altri doi, ma so certo chel Seldio conuerrà referire a Sua Cesarea Maestà che in cose theologice, li pareri del Staphilo non sono sempre, sempre, securi...» Et haec quidem scripta fuerunt die undecima Februarii. Tertio autem post haec die, scilicet decima quarta ejusdem mensis, gaudens iisdem praesidibus concilii adventum laudati Patris hisce verbis nuntiabat: «essendo qui comparso quel Padre Natale jesuita da me tanto desiderato, attenderò con tanto più animo a procurar tutto quello che sarà possibile» (219).

Natalis autem, Oenipontem adveniens, gravissima sibi negotia commissa animadvertens, noluit se solum in tam procellosum mare committere. Ad suum praepositum Lainium, tridentino in concilio quantumlibet arduis occupationibus distentum, oculos statim convertit, ductum ejus, consilia, preces totius Societatis, sibi necessaria intelligens, ea omnia enixe efflagitat, ut ex Polanci responsis, ipsi ex commissione Patris Lainez datis, eruitur (213, 214, 215). Cum autem in articulis a theologis examinandis quaestiones gravissimae de concilio, de potestate legatorum, de ratione reformandi pontificem ejusque curiam, de communione sub utraque specie, de conjugio clericorum, etc., continerentur, quo accuratius et ad mentem sui praepositi suam sententiam proponere posset, scripta Patris Lainez de hisce quaestionibus sibi mitti postulavit (214). Canisii operam in primis utilem censet, illumque Oeniponte manere curat, donec tam gravia negotia ad

optatum exitum perducantur (214). Litterarum quoque frequentium subsidium sibi necessarium existimat, easque nomine Lainii pollicetur Polancus (215).

Et hos quidem Natalis laborés tanti momenti pro bono communi existimat Lainez, ut collegiorum Germaniae inspectionem differendam censeat, quoad res Oeniponte pertractatae ejus praesentiam postulare videantur (220). Quantum autem spei reponeret nuntius in Natalis consiliis, clare liquet ex iis, quae in epistola ad praesides synodi die 20 Februarii data asserebat: «neque Canisium neque episcopum petinensem quidquam in congressu dicturos, quod et a P. Natali et a seipso prius non approbaretur» (219).

Rerum a Patribus Natali et Canisio Oeniponte gestarum fama Romam perlata romanum pontificem ejusque curiam summo gaudio cumulavit, prout testatur Polancus, nomine Lainii scribens tum ad socios Romae commorantes, tum ad P. Ludovicum du Coudrey, et simul referens dissertationem a Natali, postulante Dolfino, lucubratam, in qua ultra octoginta auctoritates seu argumenta congessit ad demonstrandam hanc thesim, quod scilicet papa sit pastor universalis ecclesiae. Ex hoc autem tractatu Staphylum aliosque eodem ac ille pede claudicantes tantum profecisse, ut illis vita quodammodo reddita fuerit, scripsit idem Polancus (223, 224, 228, 236).

Postulavit insuper Dolfinus a P. Natali, ut efficacibus argumentis caesari persuadere conaretur, ne reformationem ecclesiae in capite a concilio petere attentaret, quod quidem solita diligentia ac studio ille praestitit, nec sine fructu; nam, prout episcopus quinqueecclesiensis Tridento retulit, imperator Natali postulata sua summopere moderata et erga sedem apostolicam reverentia debita et observantia plena futura esse asseveravit (222-224).

Animadvertenda est etiam prudentia illius viri in suis congressibus cum imperatore: in iis enim noluit Patris Lainez apologiam de usu calicis commemorare, quippe qui probe noverat, quaenam esset caesaris et quorumdam procerum mens in hac re.

Nec minus elucet Patris Lainez integritas et amor erga Societatem, cum Natali per Polancum rescripsit propriam erga caesarem existimationem se nihili facere, dummodo Societas incolumis servaretur, nullumque detrimentum pateretur (241). Imperator autem benevolus semper et amans Societati sese exhibere perrexit; noverat enim illam in omnibus majorem Dei gloriam fructumque animarum intendere. Nec ejus animum unquam ab hac opinione et amore avertere potuerunt aliqui ex magnatibus, qui moleste ferebant Societatem eorum opinionibus minus conformem sese praebere (263).

Et haec quidem dixisse sufficiat occasione praedictarum litterarum, a nobis in praesenti volumine editarum, quae, licet novos thesauros historiae vulgo ignotos nobis revelent, dolorem tamen nostrum aliunde augent, ob epistolarum Natalis ad haec tempora spectantium amissionem; nam ea, quae a nobis prolata sunt in hoc volumine, potius ex responsis ad illum datis, quam ex ejus epistolis pervestiganda fuere. Gratior nobis tertii voluminis adornandi labor, Deo juvante, eveniet; in illo etenim ferme completum et integrum Natalis cum S. Francisco de Borja, tertio Societatis praeposito, litterarum commercium exhibere licebit; unde pro Germaniae, Belgii et Galliae provinciarum historia conscribenda haud spernendum subsidium nostra MONUMENTA collatura speramus.

INDICES

I

AUCTORES ET LIBRI

IN HOC VOLUMINE ALLEGATI

ADAMUS, Melchior, Silesius... *Vitae theologorum, Jureconsultorum, Politicorum, Medicorum, atque Philosophorum maximam partem germanorum, nonnullam quoque exterorum.* Editio tertia, Francofurti ad Moenum, MDCCVI.

AGRICOLA, Ignatius, S. J., *Historia Provinciae Societatis Jesu Germaniae Superioris* quinque primas annorum complexa decades... [Tom. I]. Augustae Vindelicorum anno MDCCXXVII.

AGUILERA, Emmanuel, S. J., *Provinciae Siculae Societatis Jesu Ortus et res gestae* ab Anno 1546 ad Annum 1611... Pars prima Panormi M.DCC.XXXVII.—Pars secunda ab Anno 1612 ad Annum 1672. M.DCC.XL.

[AGUSTÍ, Vincentius], S. J., *Compendio de la vida de San Francisco de Borja*, cuarto duque de Gandía y tercer prepósito general de la Compañía de Jesús, por el P. Pedro de Rivadeneira de la misma Compañía, coetáneo del Santo.—Nueva edición enriquecida con notas y una novena. Bilbao. 1895.

ALCAZAR, Bartholomaeus de, S. J., *Chrono-Historia de la Compañía de Jesus en la provincia de Toledo.* Y elogios de svs varones illustres, fundadores, bienhechores, fautores é Hijos Espirituales. Primera parte... Tom. II. Madrid, 1710.

ALVAREZ, Gabriel, S. J., *Historia de la provincia de Aragón.* Opus ms. descriptum in *Epist. Natalis,* I, LV.

ANTONIO, Nicolaus, *Bibliotheca hispana nova,* sive Hispanorum scriptorum, qui ab anno MD. ad MDCLXXXIV. floruere, notitia... Matriti, MDCCLXXXIII-MDCCLXXXVIII.

— *Art (L') de vérifier les dates des faits historiques,* des chartes, des chroniques et autres anciens monumens, depuis la Naissance de Notre-Seigneur, par le moyen d'une table chronologique .. Nouvelle édition. Revue, corrigée et augmentée, par un Religieux Bénédictin de la Congrégation de S. Maur. Paris, M.DCC.LXX.

BARTOLI, Daniel, S. J., Delle opere del Padre Daniello Bartoli della Compagnia de Gesù, Volume V. *Dell, Italia,* lib. I-IV. Torino, 1825.

BERNABEI, Nicola, *Vita del cardinale Giovanni Morone,* vescovo di Modena e biografie dei Cardinali modenesi e di casa d'Este, dei cardinali vescovi di Modena e di quelli educati in questo collegio di San Carlo, compilate da Nicola Bernabei dottore in ambo le leggi. Modena MDCCCLXXXV.

BOERO, Josephus, S. J., *Vita del servo di Dio P. Alfonso Salmerone*, della Compagnia di Gesù uno dei primi compagni di S. Ignazio di Loiola. Firenze. 1880.

— *Vita del servo di Dio P. Giacomo Lainez*, secondo generale della Compagnia di Gesù e uno dei primi compagni di S. Ignazio di Loiola. Firenze, 1880.

— *Vita del servo di Dio P. Pascasio Broet*, della Compagnia di Gesù uno dei primi compagni di S. Ignazio de Loiola. Firenze, 1877.

BORGIA, S. Franciscus. Tom. I, in his MONUMENTIS HISTORICIS S. J. Matriti 1894.

BRAUNSBERGER, Otto, S. J., *Beati Petri Canisii, Societatis Jesu, epistulae et acta*, vol. I-III Friburgi Brisgoviae, MDCCCXCVI-MCMI.

CABRERA DE CÓRDOBA, Ludovicus, *Filipe segundo, rey de España*. Al Serenísimo Príncipe su nieto esclarecido, D. Filipe de Austria, Luis Cabrera de Córdoba, criado de su Majestad católica y del rey D. Filipe tercero, nuestro Señor. Tom. I-IV. Matriti 1876-1877.

CARLI, Laurentius, S. J., vide RIBADENEIRA, *De ratione instituti...*

CASTRO, Christophorus de, *Historia del colegio de la Compañía de Jesús de Alcalá de Henares*. Tom. I. Del 1543 al 1600. Codex ms. descriptus in *Epist. Mixtae*, II, 890-892.

CATERINO DAVILA, Arrigo, *Istoria delle guerre civili di Francia*. Tom. I-V. Venezia MDCCXLI.

CHOSSAT, Marcellus, S. J., *Les Jésuites et leurs œuvres à Avignon*, 1553-1768. Avignon, 1896.

CIACONIUS, Alfonsus, Biacensis, O. P., *Vitae et gesta Summorum Pontificum*. Romae, MDCI.

CIENFUEGOS, Alvarus, S. J., cardinalis et archiepiscopus Montis Regalis, *La heroyca vida, virtudes y milagros del Grande S. Francisco de Borja...* Tercera impression. Bilbao. 1726.

COLECCION DE LIBROS ESPAÑOLES RAROS Ó CURIOSOS. — *Pio IV y Felipe segundo*. Primeros diez meses de la embajada de don Luis de Requesens en Roma. 1563-64. Madrid, 1891.

DELPLACE, L., S. J., *L'établissement de la Compagnie de Jésus dans les Pays-Bas, et la mission du P. Ribadeneyra à Bruxelles en 1556, d'après des documents inédits. Extrait de la Revue* Précis historiques, *1886*. Bruxelles. 1886.

DÖLLINGER, J. v., *Sammlung von Urkunden zur Geschichte des Concils von Trient*. I Band. *Ungedruckte Berichte und Tagebücher zur Geschichte des Concils von Trient*. 2. Abtheilungen. Nördlingen, 1876.

DÖLLINGER, Joh. Jos. Ign. v., *Beiträge zur politischen, kirchlichen und Cultur-Geschichte der sechs letzten Jahrhunderte*. I. Band. *Dokumente zur Geschichte Karl's V., Philipp's II. und ihrer Zeit*. Regensburg, 1862.

DUHR, Bernardus, S. J., *Jesuiten-Fabeln*. Ein Beitrag zur Culturgeschichte von Bernhard Duhr S. J., Zweite, unveränderte Auflage. Freiburg im Breisgau. 1892.

ECHARD, Jacobus, O. P., *Scriptores ordinis praedicatorum recensiti, notisque historicis et criticis illustrati*. Tomi II. Lutetiae Parisiorum, 1719.

Encyclopédie, La grande, inventaire raisonné des sciences, des lettres et des arts, par une société de savants et de gens de lettres. Tom. I-XXVII. Opus nondum absolutum. Editur a Lamirault et C.ie, Parisiis.

Epistolae Mixtae ex variis Europae locis ab anno 1537 ad 1556 scriptae, nunc primum a Patribus Societatis Jesu in lucem editae. Tom. I-IV, Matriti, 1898-1901. In his MONUMENTIS HIST. S. J.

FERRARIUS, Philippus, *Lexicon geographicum*. Patavii, MDCLXXV.

FELIU DE LA PEÑA Y FARELL, D. Narcisus, *Anales de Cataluña*. Tom. I-III. Barcelona, 1709.

FICLERUS, Io. Bapt., *Historica Descriptio totius oecumenici Concilii Tridentini... annotata, juxtaque seriem temporis conscripta per Joannem Baptistam Ficlerum*, apud LE PLAT, tom. VII, in parte altera, pag. 255-400. Vide infra, sub titulum LE PLAT.

FRANCO, Antonius, S. J., *Synopsis Annalium Societatis Jesu in Lusitania*, ab Anno 1540. usque ad ann. 1725. Augustae Vindelicorum et Graecii M.DCC.XXVI.

FUENTE, D. Vicente de la, *Historia de las Universidades, Colegios y demás establecimientos de enseñanza en España*. Tom. I-IV. Madrid, 1884-1889.

— *Historia eclesiástica de España*... Segunda edición corregida y aumentada... Tom. I-VI. Madrid, 1873-1875.

GAMS, Pius Bonifacius, O. S. B., *Series Episcoporum Ecclesiae Catholicae*. Ratisbonae, 1873.

GARZONI, Pietro, *Istoria della republica di Venezia* in tempo della sacra lega contra Maometto IV., e tre suoi Successori, gran Sultani de' Turchi. Venezia, MDCCV.

GAUDEAU, Bernardus, S. J., *De Petri Joannis Perpiniani vita et operibus*. Parisiis, 1891.

GRISAR, Hartmannus, S. J., *Jacobi Lainez, secundi praepositi generalis Societatis Jesu disputationes tridentinae*. Ad manuscriptorum fidem edidit et commentariis historicis instruxit Hartmannus Grisar S. J... Tomi II. Oeniponte MDCCCLXXXVI.

HANSEN, Josephus, *Rheinische Akten zur Geschichte des Jesuitenordens 1542-1582*. Bonn, 1896.

HUND A SULZEMOS, Wiguleus, J. C. ac Supremi Bojorum Senatus Monachii Praesidis, *Metropolis Salisburgensis*. Tom. I-III. Ratisponae, MDCCXIX.

HURTER, H., S. J., *Nomenclator literarius recentioris theologiae catholicae*. Tom. I-III. Editio altera. Oeniponte, 1892, 1893, 1895. Tom. IV. Oeniponte, 1899.

[IGNATIUS DE LOYOLA, S.] *Cartas de San Ignacio de Loyola* fundador de la Compañía de Jesús. Tom. I-VI. Madrid, 1874-1889.

— *Constitutiones Societatis Jesu* latinae et hispanicae cum earum declarationibus. Matriti, 1892.

JOANNES A STO. ANTONIO, O. S. F., *Bibliotheca universa Franciscana*. Tom. I-III. Matriti, 1732-1733.

LAMIRAULT, editor, *La grande encyclopédie*. Vide ENCYCLOPÉDIE.

LE PLAT, Judocus, *Monvmentorvm ad historiam Concilii Tridentini potissimvm illvstrandam spectantivm amplissima collectio*... Studio et opera Jvdoci Le Plat. Tom. I-VII. Tomus VII in duas partes dispescitur. Lovanii, MDCCLXXXI-MDCCLXXXVII.

Litterae Quadrimestres ex universis praeter Indiam et Brasiliam locis, in quibus aliqui de Societate Jesu versabantur, Romam missae. Tomi I-IV. Matriti, annis 1894, 1895, 1897, 1897. Editae in hisce MONUMENTIS HIST.

MADOZ, Pascual, *Diccionario geográfico-estadístico-histórico de España y sus posesiones de Ultramar*. Tom. I-XVI. Madrid, 1848-1850.

MASSARELLUS Angelus. Vide THEINER.

MEDERER, Joannes Nepom., *Annales Ingolstadiensis Academiae*. Partes 4. Ingolstadii, 1782.

MENDOZA, D. Pedro González, obispo de Salamanca, *Lo sucedido en el Concilio de Trento, desde el año 1561 hasta que se acabó*, apud Döllinger, Ungedruckte Berichte und Tagebücher zur Geschichte des Concils von Trient, tom. II. Vide DÖLLINGER. J. v.

MENENDEZ PELAYO, D. Marcelino, *Historia de los Heterodoxos españoles*. Tom. I-III. Madrid, MDCCCLXXX-MDCCCLXXXI.

MORONI, Caietanus, *Dizionario di erudizione storico-ecclesiastica*. Vol. 1-103, 1-6. Venezia 1840-1879.

ORLANDINI, Nicolaus, S. J., *Historiae Societatis Iesv* pars prima sive Ignativs... Antverpiae, M.DC.XX.

PACHTLER, G. M., S. J., *Ratio studiorum et Institutiones Scholasticae Societatis Jesu per Germaniam olim vigentes*. Tom. I-IV. Berlin, 1887-1894.

PAIVA DE ANDRADA, Didacus, *Orthodoxarum explicationum libri decem*. Coloniae Agrippinae, 1564.

PALEOTTUS, Gabriel, *Acta concilii tridentini*, apud Theiner, Augustinum, *Acta Concilii Tridentini*. II. 523-680. Vide THEINER.

PALLAVICINO, SFORZA, Petrus, S. J., cardinalis, *Istoria del concilio de Trento*, scritta dal Padre Sforza Pallavicino della Compagnia di Gesù, poi cardinale della santa romana chiesa, ove insieme rifiutasi con autorevoli testimonianze un' Istoria falsa divolgata nello stesso argomento sotto nome di Pietro Soave Polano. Tomi I-VI. Faenza MDCCXCII-MDCCXCVII.

POLANCO, Joannes Alphonsus de, S. J., *Vita Ignatii Loiolae et rerum Societatis Jesu Historia. Chronicon Societatis Jesu*. Tom. I-VI, Matriti, 1894-1898. In his MONUMENTIS HIST.

PRAT, Joannes Maria, S. J., *Histoire du concile de Trente*, tom. I III. Bruxellis, 1865.

— *Maldonat et l'université de Paris au XVI*e siècle. Paris, 1856.

[PRAT, Joannes Maria, S. J.,] *Mémoires pour servir à l'histoire du Père Broet et des origines de la Compagnie de Jesús en France*, par un religieux du même ordre, 1500-1564. Le Puy, 1885.

— *Recherches historiques et critiques sur la Compagnie de Jésus en France* du temps du P. Coton, 1564-1626... Lyon, MDCCCLXXVI-MDCCCLXXVIII.

PUENTE, Ludovicus de la, S. J., *Vida del V. P. Baltasar Álvarez* de la Compañía de Jesus, Madrid, 1880.

REIFFENBERG, Fridericus, S. J., *Historia Societatis Jesu ad Rhenum inferiorem.* Tom. I. Coloniae Agrippinae, M.DCC.LXIV.

RIBADENEIRA, Petrus de, S. J., *Compendio de la vida de S. Francisco de Borja.* Vide AGUSTÍ.

— *Historia de la Asistencia de España S. J.* Opus ms. descriptum in *Epist. Mixtae*, II, 893-894.

— *De ratione instituti Societatis Jesu* ex hispano in latinum conversa a P. Laurentio Carli ex eadem Societate. Romae, MDCCCLXIV.

ROSTOWSKI, Stanislaus, S. J., et MARTINOV, P. Joannes, S. J., *Lituanicarum Societatis Jesu historiarum libri decem.* Bruxellis, 1877.

SACCHINI, Franciscus, S. J., *Historiae Societatis Jesv* pars secunda... Antverpiae M.DC.XX.

SAINZ DE BARANDA. Vide SALVÁ.

SALIGNI, Ludovicus, S. J., *La vie du P. Jean Maldonat,* 1534-1583, apud PRAT, *Memoires pour servir à l'histoire du P. Broet...* pag. 589-660. Vide PRAT.

SALVÁ, D. Miguel y D. Pedro SAINZ DE BARANDA, *Colección de documentos inéditos para la Historia de España.* Tom. IX. Madrid, 1846.

SCHMIDL, Joannes, S. J., *Historiae Societatis Jesu Provinciae Bohemiae* pars prima ab anno Christi MDLV. ad annum MDXCII. Pragae, 1747.

SCHROEDER, Fridericus, S. J., *Monumenta, quae spectant primordia collegii germanici et hungarici* collecta et illustrata a Friderico Schroeder S J. cum effigie S. Ignatii et duabus tabulis. Romae, 1896.

SOCHERUS, Antonius, S. J., *Historia Provinciae Austriae Societatis Jesu.* Pars prima. Viennae Austriae, 1740.

SOMMERVOGEL, Carolus, S. J., *Bibliothèque de la Compagnie de Jésus.* Nouvelle édition. Bibliographie. Tom. I-IX. Bruxelles-Paris, MDCCCXC-MDCCCC.

— *Les Jésuites de Rome et de Vienne en 1561.* Bruxelles 1892.

SOTUELLUS, Nathanaël, S. J., *Bibliotheca scriptorvm Societatis Jesv.* Opus inchoatum a R. P. Philippo Alegambe ex eadem Societate, vsque ad annum 1642. Recognitum, et productum ad annum Iubilaei M.DC.LXXV... Romae, M.DC.LXXVI.

SOUSA, Antonius Caietanus de, *Historia genealogica da Casa Real Portugueza.* Lisboa... M.DCC.XXXV-M.DCC.XLIX.

STEINHUBER, Andreas, S. J., cardinalis, *Geschichte des Collegium Germanicum Hungaricum in Rom.* vol. I-II. Freiburg im Breisgau. 1895.

SUAREZ, Franciscus, S. J., opera omnia... Tom. XXI, complectens commentaria ac disputationes in tertiam partem Divi Thomae de sacramento Eucharistiae et Missae sacrificio Parisiis, MDCCCLXVI.

TANNER, Mathias, S. J., *Societas Jesu Apostolorum imitatrix*, sive Gesta praeclara et virtutes eorum, qui e Societate Jesu in procuranda salute animarum, per Apostolicas Missiones, Conciones, Sacramentorum ministeria... speciali zelo desudarunt. Pragae, M.DC.XCIV.

THEINER, Augustinus. *Acta genuina SS. oecumenici Concilii Tridentini*

ab Angelo Massarello Episcopo Thelesino ejusdem Concilii Secretario conscripta. Nunc primum integra edita ab Augustino Theiner. Tomi II. Zagrabiae, [1875].

THUANUS, Jac. Augustus, *Historiarum sui temporis*. Tom. I-VII. Londini, MDCCXXXIII.

TOURON, A., O. P., *Histoire des hommes illustres de l'Ordre de Saint Dominique*... Tom. I-VI. A Paris, M.DCC.XLIII-M.DCC.XLIX.

UGHELLUS, Ferdinandus, O. Cisterc., *Italia sacra* sive de Episcopis Italiae. Edit. 2.ª Tom. I-X. Venetiis, MDCCXVII-MDCCXXII.

VALDIVIA, Ludovicus de, S. J., *Historia de la provincia de Castilla.—Colegios de Castilla*. Codex ms. descriptus in *Epist. Mixtae* II, 894-897.

[VELEZ, Josephus M.ª, S. J.] *Cartas y otros escritos del B. P Pedro Fabro, de la Compañía de Jesús, primer compañero de San Ignacio de Loyola*. Tom. I. Bilbao, 1894.

VERDIÈRE, Ch.-H., S. J. *Histoire de l'université d' Ingolstadt*, des ducs, ses patrons, et de ses jésuites jusqu' à la paix de 1624, due à ses élèves, l' empereur Ferdinand II et l' électeur Maximilien I.er... Tomi II. Paris, 1887.

VERRI, Pietro, *Storia di Milano* del conte Pietro Verri. Tom. II. Milano, MDCCCXXXIV-MDCCCXXXV.

II

INDEX

EORUM, QUIBUS NATALIS SCRIPSIT

ARAOZ, P. Antonius de, commissarius generalis S. J. in Hispania, 488 [1].

BORJA, Sanctus Franciscus de, S. J., 169.

CANISIUS, Beatus P. Petrus, S. J., provincialis Germaniae superioris, 192.

CORDOBA, P. Antonius de, S. J., 239.

HOYA, Joannes de, episcopus osnaburgensis, 110.

KESSEL, P. Leonardus, S. J., rector collegii coloniensis, 112, 127.

